23 quo sancti angeli congratulantur de
reparatione generis humani inde
laudantes dominum. Secundo quantum ad imp-
tedicti parte egit iohannes de con-
gratulatione hominum ubi ostendit quod ex
illa congratulatione homines
imitantur dominum sed tamen quod ipsum lau-
dant. Sic angeli non domi-
nantur dominum quia non sunt eiusdem
nature et ideo putant eum imitari. Unde
hebreorum ii nusquam angelos ap-
prehendit sed semen abrahe ap-
prehendit. unde debuit per omnia fra-
tribus similari. Et ego et vidi et
audivi id est intellexi ac si vi-
dissem et audissem vocem id est con-
gratulationem angelorum multorum
existentium in circuitu throni id est
prelatorum et aliorum id est predicatorum
et seniorum id est doctorum ut omnium
electorum qui in operibus nunc est
maiorum ... exempla.
Ex quo patet quod angeli et ma-
iores et minores et mediocres pariter
circumeunt et custodiunt et
defendunt. Cum enim diabolus cir-
cuit ad devorandum id est per-
probabile est quod boni circueant
circa nos ad defendendum. Psalmus
angelis suis mandavit de te ut
custodiant te in omnibus viis tuis. Ysaias lxii
Super muros tuos ierusalem constitui custodes
toto die et nocte perpetuo non tacebunt. Psalmus
immittit angelos in circuitu eum
immittit dominus id est missi venient.
Et erat numerus eorum milia milium.
hoc dicit ut ostendat quia quanto maior
attestatio tanto magis erat
gaudium. Sicut nato domino
non unus angelus sed multitudo
angelorum cecinit gloria in ex-
celsis deo. Luce ii. Propter hoc quod dicit
milia milium notandum quod numerus
angelorum finitus est et infinitus.

Ille enim unus finitus est, sed populum 24
plenum unus est infinitus quia non dicit
quod sint duo vel tria milia sed
milia milium. Deo quia videt
omnia finitus est numerus angelorum
nobis autem infinitus. Unde Job xxv
Nunquid est numerus militum eius. Dan. vii
milia milium ministrabant ei et decies
centena milia assistebant ei. Voce magna
dicentium id est magna congratulatione.
Nam si gaudium est in celo angelis
dei super uno peccatore penitentiam agente ut dicitur Luc.
xv. quanto magis est eis gaudium
de totius generis humani salvatore.
Dignus est agnus qui occisus est
accipere virtutem gloriam immunitatem a
peccato. Secundo nunquid in ipso instanti
incarnationis habuit Christus immunitatem
a peccato omni. Constat quod sic. Et er-
go dicitur quod dignus est accipere quia oc-
cisus est. Non enim ex merito pas-
sionis habuit Christus immunitatem peccati
sed ex unione anime ipsius ad verbum
unita immunis fuit a peccato in ipso
instanti conceptionis sue. Christus fuit
post passionem ad sicut modo est.
Sic ipse quo ad se ipsum habuit immunitatem
peccati sed nobis accedit merito pas-
sionis quia ex passione habent baptismo
vis regenerationis et omnia sacramenta
inde habent virtutem suam. Vel sic
merito passionis accepit immunitatem
peccati quo ad evidentiam secundum
philosophum propter quod et deus exaltavit eum
et dedit illi nomen quod est super omne nomen gloria quod
est deus. Et ideo vera non tunc dicit
illi deus non quo ad notitiam hominum
et divinitatem id est fidem et notitiam quod sit deus
sed fuit occisus et sapientiam id est omnium
cognitionem sed vivus fuit ignoran-
tia habuisse cum fuit parvulus
et fortitudinem qua diabolum vicit
sed victus fuit in morte ipsius et
honorem quia fuit inhonoratus.

26 Et gloriam impassibilitatis quia fuit
passus, et benedictionem quia fuit co-
lucatus. Dignus est virtutem contra suam
pusillanimitatem et divinitatem contra
suam corruptibilitatem / sapientiam
contra suam ignorantiam / fortitudinem
contra suam imbecillitatem / et honorem
contra suam confusionem / et gloriam contra
suam miseriam / et benedictionem
contra suam maledictionem. Dignus
est agnus accipere virtutem 1o ad
iudicium quam in primo occultavit
Math. xxvi tunc videbunt filium
hominis venientem in nube cum
virtute magna et maiestate. Et
divinitatem in ipso iudicio quam occul-
tavit in patibulo. Ibi enim ab-
scondita est fortitudo eius id est di-
vinitas ut dicitur Abac. iii. Et
psalmus Cognoscetur dominus iudicia fa-
ciens. Jo. v. Pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio ut omnes ho-
norificent filium sicut honorificant patrem. cognoscet ipsum
dominum sit puerum. Et sapientiam in
sua examinatione qua iustissime illos
reprobabit et iustos eliget. Fortitudinem
in reproborum damnatione, et honorem in
resurrectione et gloriam in ascensione et
benedictionem in fidelium multipli-
catione. Et omnem creaturam
dominus in omnibus creaturis que in celo sunt
ut angeli et que super terram
homines et que sub terra demo-
nes. Et mare et que in eo sunt
id est omnes creature. Math. ult. Data est
michi omnis potestas in celo et in terra.
philip. ii. factus est obediens usque ad
mortem propter quod et deus exaltavit illum et
dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in no-
mine Jhesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum
quod dicit omnis creatura erit ei subdita
ut de ea faciat quidquid voluerit.
Math. xi. Omnia michi tradita sunt a
patre meo. Dignus est sic dignus est agnus

qui occisus est id est promissus occidi
accipere virtutem et divinitatem et 27
sapientiam id est unum divine virtutis et
divine sapientie id est verbum quod est
dei virtus et dei sapientia. j. Cor. i.
Et dicit dignus dignitate quia
et virtutis et fortitudinem expug-
nandi fortem et deprededi spo-
lia eius. Luc. xi. Cum fortis armatus
atrium suum custodit in pace sunt omnia que possidet.
Si autem fortior illo superveniens vi-
cerit eum universa arma eius aufert in quibus confidebat. Sic
dyabolus in mundo quem depredabatur possi-
debat in pace, venit Christus et
arma eius id est peccatores quibus ar-
matus erat abstulit. Ysa.
xlix. Numquid tolletur a forti
preda aut quod captum fuerit a ro-
busto salvum esse poterit. Et ideo quia
dicit dominus Equidem et captivitas
a forti tolletur et quod ablatum
fuerit a robusto salvabitur.
Et honorem omnium et angelorum adorationem
et congaudii subiectionem.
psalmus Adorate dominum omnes angeli eius.
Et gloriam in corporis et anime
stola. Ysa. lxiii. Iste formo-
sus in stola sua gradiens in multitudine vir-
tutis sue. psalmus gloriam et magnum decorem
inpones super eum et benedictionem in nativitate.
Luc. i. benedictus fructus ventris tui.
psalmus benedictus qui venit in nomine do-
mini. Deus dominus et illuxit nobis. Et omnem
creaturam ad obediendum et servien-
dum ei. psalmus Omnia subiecisti
sub pedibus eius. Jo. xvii.
Omnia mea tua sunt et tua mea
sunt. Omne in celo et que sunt in terra
id est angelos et homines. ephe. i.
Suscitans eum a mortuis et
constituens ad dexteram in ce-
lestibus super omnem principatum
et potestatem et virtutem et dominationem
et omne nomen quod nominatur non solum
in hoc seculo sed in futuro / totalis subiectio.

c. 4

28 sub pedibus eius et que sub te
rra .i. in inferno, Ecce ipse est ex
spolians principatum et potestates
tuis duxit confidenter. Supra 1.
Et habeo claues mortis
et inferni et mundi et qui est .i.
omnem mundum. Omnes audiui
dicentes omnes angelos uel
omnes creaturas Sedenti super thro
no et agno .i. christo sedenti secundum di
uinitatem et agno secundum humilitatem
Vel sedenti super throno et agno
.i. patri et filio. Benedictio et gloria
et honor et potestas, hec iiii or que
acceperunt a domino, angeli attri
buunt ei a quo recognoscunt
habere se omnia. Benedictio pro dono
creationis quia tam nobiles et in
tam nobili statu sunt creati et
fuit benedictio de rore celi
desuper .i. de sola gratia dei Gen.
xxvii. Honor pro reuerentia et
honore qua exhibet eis tota
ecclesia humana. Gloria pro dono
visionis dei et confirmationis
Potestas pro dono potentie qua
potentes sunt super demones
refrenandos. In secula seculorum
.i. semper et continue. Dicunt hec omnes
angeli sedenti super throno
et agno. Et cum hec habuerint
a principio angeli ante incarnationem
quomodo hec attribuunt agno,
Sic agno attribuunt quia per
ipsum eorum ruina reparata est
et per ipsum hec iiii or habuit et
omnia que habent quia per ipsum omnia
facta sunt Io. 1. Hec iiii or tamen secundum unam
glossam exponuntur de ipso agno
hoc modo Benedictio .i. exaltatio
sit ei et honor .i. impassibilitas
et gloria .i. immortalitas .i. viuere et
potestas quo ad omnium subiectionem
In secula seculorum .i. in eternum,
Est secundum aliam glossam Benedictio .i.

augmentatio gratie qua habemus in bonis 29
operibus et honor qui inde sequitur apud
deum et homines, et gloria de virtutibus
quas in baptismo accepimus et potestas
qua concupiscentiis resistimus,
Non nobis super est sed ipsi attribuimus
in secula seculorum. Unde ps. Non nobis do
mine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Item
Benedictio .i. laus sit ei pro donis
fortune que dat cotidie nobis
que benedictio de pinguedine
terre et honor pro donis nature que dat et
conseruat in nobis, et potestas glorie que
preparat nobis ymmo iam preparauit
Io. xiiii. Vado parare vobis locum
In secula seculorum. Et iiii or
animalia. Ecce tangit qualiter omnes
quod sunt confecerunt congratulationi
angelorum super hominum redemptione
Unde dicit et iiii or animalia .i. uniuersi pre
dicatores dicebant Amen testi
monio et congratulationi angelorum
plenius assensum et confirmationem
Amen enim notat assensum et confirmationem
Unde gloria ad predicatores ex of
ficio suo pertinet alios confirmare
Unde pe. dicitur Luce xxii et tu
aliquando conuersus confirma fratres tuos. Super iii o
Confirma cetera que moritura
erant. Ex quo patet predicatores
confirmare dicta angelorum quia sunt
maiores et digniores eis. Solutio
Duplex est confirmatio una est per ra
tificationem et hec est auctoritatis et pertinet
ad maiores sicut metropolitanus
confirmat electos episcoporum, Alia est per
approbationem et assensum et hec pertinet ad
minores, et de prima agitur hic
Amen enim est minorum et finis
orationis Unde 1. Cor. xiiii. Si benedixe
ris spiritu quis supplet locum
idiote quomodo dicet amen super tua
benedictione quoniam quid dicas nescit
Unde in hoc quod predicatores ad benedictionem
angelorum amen notatur quod sunt mi
nores illis Unde Mathei xi. Et minor

responsio

30 e i regno celo maior e i· t· iohe
bapta· In h° z q homies dicut
Amen z no ipi angeli notat
cocordia hom z angloz i lau
de dina· Vn pb pueniut prici
pes· i· angeli coiucti psallen
tib i me iuuecu· tympanistraz
i· laudanciu annatz z xxiiij
seniores i· puniusi doctores ul
vniusi fideles vl opa me
uio vin iiij or euangelistaz
nite dectes· Ceciderunt i facies
suas· i· se humiliaunt suas co
sidantes cosciab z no alios
indicates Cum em cadit sue
quet i facie sua i· frequet co
sidaret cosciam sua iudicat et
se z no alios Job v· visitab spe
ciem tua no peccabis Gal vj· Co
sidans teipm ne z tu tempteris
Et adoraunt corde ore ope
Quod se no dz ee i lra· sz qz
plees libri hut io exposui
viuete i secula sclorz· i xpm
qui vniut i se i etnu et dat
alijs vita Jo xiiij qz e° vino
z uos vinetis· Jte Jo v· Sicut
pr suscitat mortuos z viuifi
cat sic z fi quos uult vi z ita sic
pr ht uita i semetipo sic dedit
z fi vita hre i semetipo· c vj
Et uidi i dext hic incipit tcia
aps huius z uisio i q osten
septuplex stat eccle coticet
ij capitula s· vj z vij· Di
uidit at h tota pb i vij ptes
sm iiij sigilloz z statu eccle
Sigilloz em aptioni ad e q
statum eccle manifesta· In h
at vj° ca° cotinet aptio qmq
sigilloz z i pte aptio sexti
z sb h istud capim diuidi i vj
ptes· pma pb e de p° statu
eccle qui fuit tpe aploz q sm

p equm albu cuius sessor e xpc
qui p'mu sigillu apruit eccle
pimitie i· vdune mortuoz
que latebat i septa que sr
p aarone io h nole fuit ut 31
pdicare d' ut crederet re·
surrectoe mis timere pa·
z p pmitiu uiderat xpm
viuete z moriete vn eti
erat de eo huiusce pde dni te
at ipius edificati fuit i re
surrecto z io p'mo debuit
pdicari ne manib z vacua
eet fides coz· D' ego z uidi
oculo interiori q apruisset
agnus qui sol h potuit qz
ipe e sol dei uirt z di sap
i· Cor j· vn sap vij ipe sa
pie dux e z sapie emdator
Scie i eo vij doct e disci
pline z electo elect opm
illius· Vnu de vij sigillis
i· q copleti ? de ipo uz
ad ascensione i veti lege si
gillata iuit i· obscure p
dcm z audiui auditu in
teriori vnu de iiij or alalis
marcu qui e p'mus i hac vi
sioe z spalius agit de re
surr Jnde d' glo vnu i· iohem
sz h d' glo qz iohes de dni te
apus z alius intonuit qm
recte ultimo ecius xpc a morte
surrex de q re marcus
apcius scripsit z p huc p'mus
ordo pdicatoz sr qui cor
palem xpi re z eccle spu
lem pdicauit dicetes tqm
uoce tonitrui i· euidet z
terribile z mirabile multa
em mirabilia z terribilia pnut
z pdicauit z fecerut apli
ut magr dns qui ipi pdi
cabat· vn stupebat aut
omes z mirabatur ad inuice
dicetes Nonne omes isti qui
locuntur galilei sut· z quo nos

d p° statu eccle

2 audiuimus eos loquentes n l
magna dei. Sic eos audiuit
tonitruum ps vox tonitrui
tui in rota orbe terrarum. Deinde
quid dixit philosophus animal o
venit accedendo et inde in
telligendo. Ut veni a figuris
umbras abiciendo et inde
veri veritatem complete intelli
gendo hebreos x umbram habens
lex futurorum bonorum non ipsam
ymaginem rerum. Item venit fi
de et inde spe i. clare intelli
ysa vii secundum aliam litteram Nisi
credideritis non intelligetis
et vidi hoc audito et ecce equus
albus i. primorum predicatorum
cetus qui dicitur equus propter securitatis
audaciam contra temptationes et
tribulationum insultus et propter
fortitudinem qua fortiter
sustinebat adversa. propter auda
ciam predicationis quia audacter
predicabat veritatem. unde Job xxxix
Numquid prebebis equo for
titudinem aut circumdabis collo
eius hinnitum. Gl. narium
eius terror terram ungula fodit
exultat audacter in occursum
pergit armatis contempnit
pavorem non cedit gladio
Item propter velocitatem currendi
ysa v. Ecce isti qui ut
nu. vo. abac. i. velociores
pardo equi eius i. predicatores
heretici. Item propter pacienciam boni
pacientes erunt ut annuncient
ps per xix doctrina vestra
pacienciam nostram. unde apostolus
dixit dum luc xxi in paciencia
vestra possidebitis animas vestras. Sella
huius equi est iusticia que patet
locum sessoris i. xpo ps iusticia
et iudicium preparatio sedis. hester vi
homo quem rex honorare
cupit debet indui vestibus regiis
et imponi super equum qui de

sella regis est. Frenum quo ducitur 3
equus huc et illuc est obediencia ps
In freno et chamo maxillas
eorum constringe. Iac. iii. Equis frena
in ora mittimus ad consenciendum
nobis. Equi sunt exempla sanctorum
quia dant pedes et [illegible]
Cant. quam pulcri sunt gressus tui
in calciamentis filia principis.
ephe vi calciati pedes in preparacione
ewangelii pacis. Calcaria quibus
stimulatur equus timor et amor
ii Cor. v caritas christi urget
nos. Albus autem dicitur equus propter baptismum
quem predicabat in quo dealba
ta erit et qua albedine innocen
ter viuendo [illegible] De qua
dealbacione dicit ps asperges me
domine ysopo et mundabor lavabis me et super nivem deal
babor. ysa i. Si fuerint peccata vestra
ut coccinum quasi nix dealbabuntur et si fuerint ru
bra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Item dicitur
albus propter maiorem claritatem cog
nicionis. Albedo enim inter omnes
colores magis participat de luce
et apostoli plus habuerunt de vera cog
nicione. unde eis dominus est specialiter
hoc verbum vos estis lux mundi. Et
Et qui sedebat super eum xpc
rector et dux illorum ysa. xxxiii
Dominus rex noster deus legifer noster
habebat arcum i. sacram scripturam
que dicitur arcus quia castrum domini
ecclesiam defendit et inimicos
eius vulnerat et occidit. sicut manu
tenetur. Job xxix arcus meus
in manu mea instaurabitur. Arcus
fit ex duobus ex ligno duro
et corda molli et licet corda sit
mollis tamen durum lignum inflec
tit. Lignum quod est duricia veteris
testamenti. corda est gratia novi testamenti
vel corda est misericordia. lignum iusticia
quam flectit misericordia. Iac ii. Misericordia
superexaltat iudicium. De hoc ar
cu dicitur gen ix. Arcum meum ponam

portare ponam inquit dominus arcum
meum in nubibus celi i. in hiis qui
a terra leuati per contemptum terrenorum
et desiderium eternorum / aquosi per
compunctionem / pluuidi per predica-
tionem / lucidi per conuersationem
/ alti per contemplationem / agiles
per obedientiam / molles per compassionem
choruscantes per bona opera
tonantes per comminationem / Cer-
te non est nisi horum portare arcum
i. huius predicationis officium.
Ex hoc arcu emittuntur sagit-
te que quosdam uulnerant ad
mortem et alios ad salutem
De quibus dicitur in ps. Sagitte po-
tentis acute / iste sagitte paruulorum
facte sunt plage eorum / ysa. xiii. Sus-
citabo super uos medos qui
argentum non querunt nec aurum
uelint / sed sagittis paruulos
interficient / et lactentibus non
non miserebuntur / Deut. xxxii.
Congregabo super eos mala
et sagittas meas complebo in eis / Item in
eodem. Inebriabo sagittas meas
sanguine et gladius meus deuorabit carnes. co-
sanguine. iiii. Reg. xiii. Sagitta salutis
super syriam. i. Reg. xx. Dixit
Jonathas ad puerum suum i. ad
studentibus vade et affer mihi
sagittas quas ego iacio non
quas iacit aristotiles uel plato
uel maniis quasi philosophia. Collegit
autem puer ionathe sagittas
et attulit ad dominum suum / quia
studentes ad honorem dei / non
ad lucrum mundi uel laudem hominum
Et tales autem sunt iste sagitte
de quibus ii. Reg. i. Sagitta ionate
numquam abiit retrorsum i. numquam
respicit temporalia / Et data est ei
i. professori tenenti arcum corona i.

tas quam diuinitas induta fuit
ut caput corona. Caput enim
coronam portat et corona caput
uestit. Sic diuinitas humanitatem
portat et humanitas diuinitatem
uestit. Can. iii. Egredimini
filie syon et uidete regem sa-
lomonem in dyademate quo
coronauit eum mater sua i. beata
virgo Maria in die desponsationis eius
i. in die incarnationis qua huma-
nitas diuinitati sociata est /
Et exiuit a patre in ventrem et
de ventre in mundum / Jo. xvi.
Exiui a patre et veni in mundum
Mich. v. Et tu Bethleem
leem terra iuda nequaquam minima es
in principibus iuda. ex te enim exiet dux
qui regat populum meum israel. Et egressus
eius a principio a diebus eternitatis
Vnde per hoc exitum tangit / secundum quid
et quibus et ad quid exiuit determinat.
minat. Primo tamen ut vincat
vincens enim exiuit quia de
utero clauso et non aperto exiit
sicut in utero clausum et non
apertum intrauit. ysa. vii. ecce
virgo concipiet et pariet filium. Eze. xliiii.
porta hec clausa erit et non
aperietur et uir non transibit per illam
i. per eam. i. quia homo quia dominus deus
deus israel ingressus est per ea-
m et erit clausa principi / ysa.
lxii. propter syon non tacebo et propter
ierusalem non quiescam donec egrediatur ut splen-
dor iustus eius. Syon interpretatur speculum
et signat beatam virginem que est
speculum totius ecclesie. et sicut
speculum ymaginem hominis
et maiorem se recipit totam
sine fractione uel lesione
sue integritatis. Sic beata virgo
filium dei in utero suo virum hominem
multo maiorem se recepit
sine lesione sue virginitatis et integritatis

6

vn elegantissime dicitur do egre-
diatur ut splendor iusti eius
Splendor a sole egredi-
tur sine solis lesione ut dicitur
in textu / Sic xpc virgine inta-
tat exiit / Sicut sydus radium
profert, virgo filium pari for-
ma / nec sydus radio nec mater filio
fit corrupta / Sic ergo vincens exiuit
exiens non vicit et exiuit,
ut vinceret diabolum carnem et
mundum / diabolum per humilitatem
carnem per virginitatem / mundum per
paupertatem / Vade fac tu simi-
liter si vis esse victor / De hoc enim
ipse dicit Io xvij exij dedi
vobis [?] iste data est ei corona
spinea et exiuit de urbem
vincens iudeos et pilatum
ut vinceret mortem et diabolum
De hac corona dicitur Mt xxvij
plectentes coronam de spinis
posuerunt super caput eius / De
exitu dicitur Io xix et baiulans
sibi crucem exiuit in eum qui
dicitur calvarie locus / iste data est
ei corona i. universitas fidelium
qui ei adheserunt ut corona
capiti ps exurge domine deus
[?] i p qd ma z s. pp [?] te
ps Circumdederunt me sicut
apes que in omni flore dulce-
dinem inveniunt / Et exiuit
de angustia iudee vincens
paucos de iudeis quos con-
vertit ad fidem ut vinceret in gen-
tibus per predicacionem apostolorum con-
vertendo eos ad fidem Act xiij°
Vos oportebat primum loqui
verbum dei sed quia repulistis il-
lud et indignos vos iudicatis
vite eterne ecce convertimur ad
gentes / iste data est ei corona
i. corporis stola et exiuit de hoc
mundo per ianuas mortis vincens

1

ipsam mortem ut vinceret infernum
spoliando ipsum Osee xiij ero
mors tua o mors morsus tuus inferne
Hoc posset esse thema de beato [illegible]
Exiuit vincens ut vinceret /
exiuit nequam de mundo per con-
temptum ipsius ut vinceret ipsum per
predicacionem / Aliter enim non potest vinci
mundus nisi per exitum ab eo / Sed quia
exiit dicitur exire totaliter ut nec de
mundo secum ferat nec de suo aliquid in
mundo relinquat / Quidam ex-
eunt de mundo corpore sed dimit-
tentes in eo cor et affectum suum in
mundo qui licet corpore sint in claustro
tamen corde et cogitacione sunt in
mundo / Sicut solet dici corpus
in choro cor in foro / Et tales sunt per
uxorem loth que post exitum de
sodomis retro respiciens mu-
tata est in statuam salis Gen xix
Statua figuram hominis habet et non vivit
Sic claustralis cuius cor est in
mundo figuram habet monachi sed non vi-
vit. j. Reg xix Nuncij saul
credentes invenire david in lecto suo
i. monachum in claustro non invenerunt
nisi statuam et pellem caprarum i. habitum
monachalem sine monacho / Sicut
petrus et Io credentes invenire
ihesum in sepulcro non invenerunt nisi
sudarium Io xx / Ideo abrahe
iam egresso de chaldea dixit
dominus Gen xij egredere de terra
tua / Et dicitur in glossa egressus
erat corpore sed adhuc illuc te-
nebatur mente / Alij exeunt de
mundo sed non totaliter quia non toto
mundo quia licet corde et corpore exie-
rit de mundo quo ad divicias
adhuc cor eorum occupatur deli-
cijs mundi et sepe cogitando de
delicijs mundi quas habebat in mundo
penitet exiuisse de mundo.
Et tales sunt per iudeos qui in
deserto suspirabant ad ollas
carnium egipti Num xi dicitur ind

8 Quis dabit nobis ad uescendum
carnes, recordamur piscium quos
comedebamus in egipto gratis
i. sine labore, in mentem veniunt
nobis cucumeres et pepones
porri quoque et cepe et allea. Et super
parum uulgus primitum quam ascen-
dat cum eis flagravit desiderio
carnium mortis. Et per filiis
israel alii exeuntes de mundo
portant secum multa de mundo
quidam honores ipsis quos adhuc
ambiunt in religione, alii divici-
as, alii delicias, alii mores
mundanos, verbi gratia modum emendi
scilicet, morem loquendi, morem
comedendi et alios gestus secu-
lares, et tales sunt per rachel que
furata est ydola laban et absco-
ndit sub stramenta cameli
ut dicitur gen. xxxi. Et ista ydola
laban nisi honores mundi et di-
uicie et delicie que multi ab-
scondunt sub stramenta cameli
i. sub pannis claustri. Sed timen-
dum est quod dicitur iacob. Apud
quemcumque inveneris deos tuos
necetur coram fratribus nostris. De hoc
dicitur ysa. xxxiii. Quis habitabit ex
vobis cum ardoribus sempiternis
i. cum illis fratribus qui habitant cum
ardore sempiterno i. caritate in
deum. Et unde qui ambulat in
iusticiis i. ex obedientia et loquitur
veritatem non vanitatem qui proiciat
auariciam ex calumpnia, i. ad
rem vel temporalis calumpniosum
et excutit manum suam ab omni
munere recipiendo et dando
qui obturat aures suas ne
audiat sanguinem i. detractionem ubi sanguis
effunditur, et claudit oculos
suos ne mala uideat, hic habitabit
in excelsis q. d. qui mundum et
mores mundi omnia dimisit hic

potest habitare in claustro. Item 9
ysa. xiiii. perdam babilonis no-
men i. uitam secularem hoc quod dicit et
reliquias i. gestus seculares
et progeniem i. opera secularia et
germen i. secularia desideria
hoc est quod dicit ad tytum ii°.
Abnegantes impietatem et cu-
piditatem et secularia desideria
sobrie et pie et iuste uiuamus
Sobrie nobis, pie deo, iuste
proximo. Et hoc est quod abrahe gen.
xii. Egredere de terra i. de car-
ne, et de cognatione i. de pen-
tela tua et de domo patris tui
i. de amore mundi et veni in
terram quam monstrauero tibi etc.
Et cum aperuisset hic est 2a pars huius
capituli in qua agit de 2o statu
ecclesie qui fuit tempore martirum
Aperto huius 2i sigilli est predi-
catio passionis christi que in lege
sigillata erat. Et vidi secundum
sigillum ad predictos i. aperto
hoc sigillum ad apertionem pro
credentes quia predicata veritas est
per quam motum esse deus, multi
de iudeis crediderunt quod
iudei sed deponunt quia homines
ascendebant illuc unum ipse
credat mouit quod eos quidem
persecutos quia a morte stephani
inceperunt ut dicitur act. vii.
Unde oportuit dispergi crede-
ntes gentiles ubi gentiles susti-
nuerunt molestias propter
nomen sunt pro eo dominum pacem
ut ex quo illius non tenerent mod-
dum pro domino quia dubius pro ipsis mor-
tuus est. Ergo iste fuit ty-
randorum ceteris, unde uersus
per crudelitatem, sessor est dyabolus
magnus gladius est potestas no-
cendi et occidendi sanctos. Dicitur ergo
Et cum aperuisset etc. qui

66

10 pcedes aperuerat. s(cilicet) agnus
sigillū scd'm i. cōsūmasset
passionē z ipā veri euidenē
ondiss3 quod sub lege clau-
sū erat. Audiui z(ecun)d(u)m al(iu)d ordi-
ne p(re)dicatorꝝ qui t(em)pe mar-
tiru passionē (con)tra p(re)dicabāt
vn sūt plura qui sp(eci)alit(er)
scribit de passiōe dni. dic(ent)es
veni z vide. ut p(ro)bs. vel veni
credēdo q(uo)d dicit z vide co-
z cerne p(ro)gnosce. z exiuit
ab amicicia dei ad odiū z p(er)se-
cucionē. vel exiuit ab occulta
malicia cordis ibi apta s(cilicet) mag(is)
opib(us) in(iqu)is. id (est) p(er) corp(or)is dolo-
z pe iniq(ui)t(atis). Alius equus sc(i)l(icet) sc(un)d(u)m
roseus. Superior quidē erat
bonꝝ s(cilicet) cetꝰ p(re)dicatorꝝ. hic malꝝ
s(cilicet) cetꝰ tyrannorꝝ. Ruffus i(d est)
crudelis z sanguinolent(us) sang(uine)
scorꝝ cruentatꝰ. De quo Za(charias) i(n) ca(pitulo)
vidi p(er) noctē z ecce vir ascē-
dens sup(er) equū ruffū z qui
sedebat sup(er) eū s(cilicet) dyabolus qui
tyrannos regit z ducit i(n)
mortē z oppressionē scorꝝ. Da-
tū ē ei i(d est) a deo p(er)missū. vt
sumet pacē de t(er)ra i(d est) quietē
ment(is) tollet a t(er)renis. Greg(orius)
Israel sabbatū recipit i(n) mun(do)
egyptus (contr)a p(er)cuciat(ur) muscarꝝ
multitudi(n)e. ysa. xlviij. Nō est
pax impijs dicit dns. Jo. xvj.
i(n) mundo pressurā hebitis i(n)
me aūt pacē hebitis. vel sic
vt sumet pacē de t(er)ra i(d est) il-
latis p(er)secucoibꝰ mentes bonꝝ
ab amore t(er)renorꝝ auellet
(quon)iam Cū mundus tot calami-
tates ingenerat q(uo)d ad n(on) ut
fugiat(ur) clamat. Luc. xij.
putatis q(uo)d pacē veni mittere i(n)
t(er)rā. Nō dico vobis s3 separacōnē
deo p(er)mittēte z dyabolo suggerēte

11 chri(st)o. tradet aūt fr(ater) fr(atr)em i(n) mor-
tē z pater filiū z exurget filij i(n)
parentes z morte afficient eos.
Jo. xvj. venit hora ut omis q(ui)
interficit vos arbitret(ur) obsequiū
se p(re)stare deo. Et ut inuicē
se interficient gladio p(er)cucie p(er)sua-
siōis quo mutuo se occidunt
multi. Judicū vij. mutua se cede
truncabunt. Josue viij. vociferan-
tes pit(er) z mutuo se occurrita-
tes p(er)cuti sunt eos s(cilicet) mali bonos.
Et datus ē illi gladius magnus
i(d est) p(otes)tas mag(na) p(er)sequendi z occi-
dendi scos. Et dicit gladius magnus p(ro)
multitudi(n)e occisorꝝ q(ui)a multos
occiderunt tyranni z p(ro) magnitudi(n)e
q(ui)a nō solū minores (ver)u(m) eciam maio-
res sicut aplos occiderunt.
vn tren. ij dicit ecc(lesi)a ad dnm
Jacue(ru)nt i(n) t(er)ra foris puer z senex.
virgines mee z iuuenes mei
cecidunt i(n) gladio i(n) die furoris
t(ui) i(d est) i(n) t(em)pe quo p(er)misisti tyrannos
fure(re) (contr)a scos. Tercius t(em)pe vite dic-
dieb(us) q(ui)a tūc exibat sol de
tenebris p(er)ditis uite i(n) luce
uite eterne z z q(ui)a tribulo il-
luiat bonos. ysa. xxviij.
Sola vexacio dabit intellectu
auditui. P(ri)mus equus fuit si(gn)at(us)
i(n)nocencia abel ysaac z ia-
cob dd. 2us i(n) crudelitate kayn
ysmael esau saul et ceteris
Simarijs que ponit petrus i(n)
itinerario suo p(ri)mus abel kayn
2us noe z gygantes 3us abra-
ham abymalech 4us ysaac
ysmael 5us iacob esau 6us
moyses z magi 7us dauid
saul 8us filius dei z iudei 9us
Symo magus petrus 10us [illegible]
antixp(istus). Et de hoc equo z eq(ui)te
suo dicit exo. xv. equū z ascē-
sorē p(ro)iecit i(n) mare, ut p(atet) i(n)

Nerone et valeriano et maxencio.
Et plus quam paulus laurencius
vincencius amplabant et du
torquebant eos //
Et cum aperuisset sigillum tercium
audivi tercium animal dicens Veni et vide. Hec est tercia pars huius capituli
in qua agitur de tercio statu ecclesie
et tercii sigilli apercione. Videbatur enim
dyabolus se nichil proficere in occi-
sione martirum sed magis eorum pa-
ciencia et virtute cercius vobo.... [39 status ecclesie]
suscitavit hereticos qui perverse
exponentes scripturam hereses
induxerunt Et quia fere omnes here-
tici nativitatem christi et deitatem negabant ideo ne-
cessarius fuit tercius ordo doctorum
qui incarnacionem domini probaret, et
ideo per tercium animal scilicet matheus qui
expressius scripsit de incarnacione
domini et nativitate eius, Et dicit in
hac parte iiii or. primo quis sit equus
tercius scilicet cetus hereticorum. 2o quis sit
sessor scilicet dyabolus 3o quid teneat quia
stateram que est perversa scripture
expositio. 4o postea consolacionem fidelium
ibi et audivi vocem. Et cum ap
peruisset agnus quia agnus aperuit
sigillum tercium id est ea que in 3o statu
ecclesie scilicet in tempore hereticorum facta sunt
audivisset ut ea que providisset
audivi tercium animal id est tercium ordinem
predicatorum per tercium animal designatum
qui in tempore hereticorum predicavit
instruxit homines de incarnacione
et nativitate eliminans errores
contrarios et astruens veram fidem
dicens Veni credendo eis que
audis et vide id est tibi provide
Et quare sit providendum subdit
Et ecce equus niger id est cetus
hereticorum sordibus peccatorum deni-
gratus Sed rigore paciencie exterio-
ris ne possit deprehendi eius ma-
licia palliatus, Unde bene dicitur equus
niger quia nigredo provenit ex
labore exteriori et carnis morti-



ficacione per quod calor naturalis
extinguitur, et ipsi modis
omnibus nituntur extinguere
fidem in aliis, que est spiritualis ca-
lor naturalis vivificans hominem
interiorem, Abac ii. iustus ex
fide sua vivit. Et iste equus
ipse contrarius est primo Nam iste
niger ille albus est, ille astruit
fidem iste destruit fidem,
Sessor illius christus est, sessor istius
dyabolus, frenum illius obediencia vel
laus divina. ysa. xlviii
infrenebo te laude mea
ne intereas, frenum istius
inobediencia et dei blasphemia.
Sella illius iusticia, sella
istius iniusticia, Ille servatus est
suo paciencia, iste defervatus
sine paciencia, ille albus pro mo-
destia iste niger pro malicia,
Et qui sedebat super eum scilicet
dyabolus qui regit alios et ducit
quo vult habebat stateram in
manu sua id est perversam scripture
exposicionem que statere comparatur
quia stateram sine pondere
sicut de facili movetur huc
atque illuc. Sic scriptura si non
habeat pondus catholice ex-
posicionis fluctuat huc et illuc
Et sicut stateram per astuciam
falli indicatores possunt male incli-
nari. Sic scriptura per astuciam
falli expositorum potest male
exponi Sed libros doctorum secundum
sanctorum exponi vult gregorius. xlix
usurpavit asinus fortis accu-
bans inter terminos, usurpavit
inter prius divinum memorans et
sanctorum catholicorum doctorum que scripta
accubat inter terminos quos
patres posuerunt id est secundum sanctorum
exponentes, unde Proverbiorum xxii
Ne transgrediaris terminos
quos posuerunt patres tui.
Job xiiii constituisti terminos eius

c 6

14 q(uod) p(er)cipi non potuerunt. Et sig(nan)t(er)
d(icit) habebat stateram q(uia) heretici
scripturam habent (et) non habentur ab ea
superbe ei d(omi)nantes suo sensui
eam coaptant. (Con)trario catholici
doctores non habent eam s(ed) habentur a
scriptura q(uia) humiliter subiciunt se
illi, captivantes intellectum suum
in obsequium (Christi) sicut d(icitur) 2 Cor. 10.
Item d(icitur) in manu sua q(uia) seipsos
mactando (et) nimis superficia-
liter operando affligunt. Sed
totum hoc faciunt ut videantur
boni (et) c(etera) faciliter decipiant
credentes h(omines). Et de talibus
dicitur Osee 12 Chanaan in
manu eius statera dolosa.
De qua statera dicitur Prov. 20.
Statera dolosa abhominacio est
apud dominum, pondus equum
7 voluntas eius. Item statera qua dyabolus
habet in manu sua est tribulacio quam
deus permittit et bonos et malos
affligendo ponderat. Ibi cog-
noscitur cito qui sint graviores
vel leviores ponderis. Qui enim ex
tribulacione moventur impacien-
ter vadendo vel peccando leves sunt
nec sunt iusti ponderis et tales
reicit deus. Qui autem non moventur
iusti ponderis sunt (et) tales po(rtat)
d(omin)us in thesauro suo. Act. 14
per multas tribulaciones etc.
Et audivi tamquam vocem s(cilicet) an-
geli existentis in medio iiij^or
aliorum i(d est) vocem Christi qui in medio
est ut doctor eorum dicentem.
Item angelus quia angelus loquitur
in animalibus (et) permittitur hic
auxilium sicut dicit Glo(sa) q(uia) in
pressuris hereticorum magis imminet
periculum (et) ex permissione auxi-
lii datur consolatio quod dominus
fidei in tercia parte capituli. Hec autem
vox nec alia est quam concordes doc-
trina predicatorum sanctorum vox

dicat subiungit Bilibris tritici
denario. Bilibris ad litteram est
vas capiens duos sextarios
sive duas libras. (Et) sicut sacra scrip-
tura habet duplicem intelligenciam
i(d est) hystoricam (et) misticam sive
litteralem (et) spiritualem, ita una libra est
sensus spiritualis. Triticum vero quod est cibus
nobilium hominum novum sicut testamentum.
Bilibris ergo tritici est intelligencia
novi testamenti duos sensus continens
quasi duas libras s(cilicet) naturalem (et) spiritualem.
Hordeum quod est cibus rusticorum
(et) iumentorum (et) duricia habet in cor-
tice s(ed) medulla intus dulcis est
sicut veteris testamenti scriptura que data
est rudibus iudeis (et) exterius in littera
pretendit duriciam s(ed) intus continet
suam intelligenciam. Et quia vetus
testamentum duos sensus habet sicut (et)
novum s(cilicet) litteralem (et) spiritualem, dicitur
similiter bilibris ordei. Sed quia con-
tinet vetus testamentum tripartitum est apud
iudeos s(cilicet) in legem (et) prophetas et
agyographa, ideo sunt tres bi-
libres ordei i(d est) tres partes ve-
teris (testamenti) quarum quelibet est bilibris
i(d est) habens duas libras i(d est) duos
sensus litteralem s(cilicet) intellectum (et) spiritualem.
Per denarium sicut unitas fidei.
Denarius enim regis habet ymaginem
(et) superscriptionem. Ymago vero ad
humanitatem, superscriptio vero refertur
ad divinitatem, de quibus est fides.
Unde denarius est unitas perfecte fidei
continet utrumque. Dicitur vendi illis
vel emi denario. Et bilibris
tritici (et) tres bilibres ordei
contra hereticos qui perverse expo-
nunt scripturam. De quibus agitur hic
sub specie nigri equi, quasi sic diceret
vox audita inter iiij^or alia:
Nolite timere vos fideles si he-
retici male exponunt scripturam
quia bilibris tritici i(d est) intelligencia
tocius novi testamenti tam secundum sensum litteralem
quam secundum spiritualem denario emitur vel

16 | 17

vendidit, scilicet veritate perfecte fidei, quia
solum habentibus veritatem perfecte
fidei dat intelligentiam novi testamenti.
Jacobi i. Si quis vestrum indiget
sapientia postulet a deo qui dat omnibus ha-
bundanter et non improperat, et da ei. postulet autem in fide nichil hesitans.
Et tunc habes expresse quod merito fidei
datur intelligentia scripture. Ve ego dicit
hic bilibris tritici denario et tres
bilibres ordei, id est sana intelligentia
veteris testamenti, hic utrumque simul emitur et
venditur denario, id est veritate perfecte
fidei, sicut et novum, sed merito idem
pretium est utrobique, quia eadem intel-
ligentia est in utroque testamento, quia rota
est in medio rote. Ezechielis i. Frustra ergo
laborant heretici, quia numquam per-
venient ad veram intelligentiam
scripturarum, deficiente veritate perfecte fidei,
contra in malivolam animam non intra-
bit sapientia, ut dicitur Sap. i. Per te bilibris
dicitur novum testamentum propter duo que continet,
precepta et consilia. Unde iuvenem qui
dixit domino: hec omnia servavi a
iuventute mea, dicit dominus:
unum tibi deest. Si vis esse perfectus
vade et vende omnia que habes. Mathei xix.
Et tres bilibres scilicet veteris testamenti
propter tres partes: legem, prophetas, agio-
grapha, quarum quelibet habet
duas libras, id est ceremonias exterio-
res et veritatem latentem interius,
que usque hodie occultatur iu-
deis. Unde ii Cor. iii: usque ho-
die cum legitur Moyses velamen est
positum super corda iudeorum,
et quia ipsi tenacissime adhe-
rent palee, medullam interiorem
non percipientes. Unde Job xxx:
mandentes herbas et arborum
cortices. Et vinum et oleum
ne leseris. tu scilicet qui sessor es
equi bussi, id est bonos probos,
qui male viventes mordaciter
increpat, et pusillos suaviter
consolatur. Sic samaritanus

qui vinum et oleum imposuit
vulneribus sauciati, Luce x. Et
quod dicit ne leseris intelligitur de
lesione anime, cui venia negatur
nocere sine pena multorum, corpus autem
ledi potest et occidi sine permissione
dei. Unde Job ii dixit dominus ad
sathan: Ecce in manu tua est,
veruntamen animam eius serva. Item Mathei x:
Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt occidere.
Vel per vinum et oleum intelligitur novum et
vetus testamentum, que precipit dominus non
ledi, contra quod heretici prave expo-
nant, cum intentas veniet incor-
rupta. Vel bilibris tritici est
novum testamentum, et non quidem denario
comparatur, id est vita eterna. Unde qui
tamquam ad habendas has duas
libras tritici accedunt, propter
unum denarium habendum ac-
cedere dicuntur, ut non ad pretium
sine intendere querant nisi vitam
eternam. Mathei xx. Conventione autem
facta ex denario diurno, vel eos
in vinea sua, id est in sacram scripturam.
Tres vero bilibres ordei
que eodem denario comparantur
est fides et intellectus operantis per dilectionem
dei et proximi, ad eum fidei
medullam, quia nemo in hac
vita plene attingere potest in a-
vite non tritico sed ordeo
comparatur. Unde pauci sunt qui non
solum disputatione immo cogitatione
de ea formidant, per ea tamen
denarium recipient, sive
didicerint quamvis non integrat.
Hic ergo quod vox prima dicit bilibris
tritici denario, id est intelligentia
veteris et novi testamenti emitur a discipulis
et venditur a magistris pro vita eterna.
Nunc enim ad premium debet querere
doctor sacre pagine vel au-
ditor nisi vitam eternam. Unde Job.

64

18

xxviij di de sap nescit ho
preciu eius ecig, t iste no dabit
auru obrizu p ea. Nec appe
det argetu i comutacoe
eius. pu iij. preciosior e cuctis
opibus. t omia q desidant
huic no ualet compari.
q̃ii sabla go decipiunt q
sacra pagina docet nel
audiunt p mercede tepali.
Ideo di pu xxiij Noli
vende sapiam t doctina t
intelligeciam. Sed vinu t
oleu ne leseris. vinu e rigor
austitas. oleu est eciam
suauitas. id inebriat. istud
sanat t saluat. id pungit
istud vngit. id miceos cutit
istud dementes conuertit.
Lra em occidit. sps aut vi-
uificat. hec ledunt qn pue
intelligunt. Vinu t oleu
ledit qui vel t no tes ma
le expoit. Ideo heretici qui
sunt p equu nigru vere dicit.
vinu t oleu ne leseris.
Item bilibris tritici e d misto
i quo e dupx lib t. uitas
t sapia. Xpc qui est triticu
De q di ad btam vgine
Can vij Venter tuus sic
aceruus tritici. vallatus liliis
Viru e q dt qr vgo vnu
solu gnuit tritici hunt i vet
t tu dt vet tunc sic aceru
tritici. Sz hc e q exiguo
infinita gna oriunt t i
erat omia p vtute. vn Jo
xij n grnu frum ca i tra
mor fu ip so n zii at m
fu mul fruc aff. Tres bi-
libres ordei sut fideles
imprfci qui hnt paleam
tenace i tepalm amore

vnde hij sunt de ij p ydas capie
tes bi ul t. Vetus denario
empti st i sanguie xpi vn
i pcio no corrupti t auro ut
argeto vt e i Cor vi. cpti ei
estis precio mag. Et qr ipsi
scandalizant psti ud no de
facili. Ideo di Exo xx q
orden lesu e eo q minus
ect. Triticu aut t far no st
lesa qr serotina erant. Sed
Vinu i penitetes t oleu i
misericordes Ne leseris tu qui
nocere quicumqz sibi t istos
precipue precipit no ledi do
qr priuilegiu sup ij Cum
vidit no ledet a morte sa
t tangat turbe oc pati q di
moris pa Sap iij. Justore
aie i manu dei st t n tan
it tor m i pena infni. pena
aut mundi sepe tangit eos.
Et multi dubitat hic tangat
qq Sz pena pute luam
putat t p hac euadd no ig
norat. Sed Et cu aperuisset
quarta ps hic talr. ubi agit
de quarto statu ecclie q fuit
psecucio sume pestis ferox fcm
i ypocritarum. quos dyabolus tande
i ecclam introduxit p quos
secretis t familiaribus doesti
cos impugnat. Videns em
dyab q p apta ul violetas
tribulacones nec p astucias et
fraudulencias hereses pficere po
tuit. ymo p hoc eccliam robus
tiore t cauciore fieri vidit
ypocritas introduxit t vulpes
subdolas que latenter vinea
dni demoliuntur. vn Can
ij di Capite nob paruulas
vulpes q demoliunt vineas
Dt go. Et cu aperuisset agnus
sigillu iiij i secta status quarti

c 19 me tee tat

de scali

cun

q's status ecli

20 manifestasset. Et audivi vocem quarti
alis dicentem veni et vide. Et ecce quartum
animal fuit aquila altius ceteris vo-
lans et clarius videns et significat Iohannem
qui verbum apud patrem et in aliis
conditionibus et in mundo carnem factum pre-
omnibus clarius deo revelante per-
spexit et designat ordinem prelatorum et
doctor doctorum hereticos ubi dicitur et humani-
tate fidelium predicatorum. Per equum
autem pallidum designantur ypocrite
qui ut de religione laudentur
ieiuniis et vigiliis et aliis cor-
poralibus exercitiis contra hominibus se
affligunt. Unde vigore subtracto
et sanguine incorrupto quasi iam moribun-
di pallescunt. Unde augustinus de spiritu
dei exterminat enim facies suas ut vi-
deantur etc. dicitur non re. in speciem
Et equus pallidus ypocritarum cetus
ficta religione palliatus de quo
Iob xv. Congregatio ypocritarum
sterilis. Et qui sedebat super eum
quasi ductor et rector eius nomen illi
mors, id est dyabolus qui fuit auctor
mortis Sap. ij. invidia dyaboli intro-
ivit mors in orbem terrarum. Et
infernus id est ypocrite et cetus inferno
deputati sequebatur eum, id est imita-
bantur eum in culpa et in pena. Unde
Sap. ij. cum dixisset salomon invidia
dyaboli introivit mors in orbem terrarum statim
adiungitur. Imitantur autem illum qui sunt
ex parte illius. Apocalypsis xx. infernus et
mors id est peccatores et dyabolus missi
sunt in stagnum ignis. Vel infernus
dicitur sequi dyabolum quia quos ille
decipit iste recipit. Ysaie v. Di-
latavit infernus animam suam et
aperuit os suum absque ullo termino.
Et data est illi potestas super quattuor partes
mala. Super quattuor partes terre id est
super homines qui in quattuor mundi
partibus scilicet oriente occidente meri-
die septentrione morantur. Vel
super quattuor genera hominum que sunt in terra

Iudei gentiles heretici mali christiani 21
Vel super quattuor mundi terre partes
id est super illos omnes qui quattuor cor-
dis affectionibus scilicet timore amo-
rem gaudium dolorem in terris
ponunt. De quibus dicitur Boetius Ti-
ment que non oportet. amant quod non
decet. gaudet vane. dolet
per vanitas. Unde Iob ix.
Terra data est in manus impii id est in
mortem in potestate dyaboli. Interfi-
cere gladio peccati de quo Ecclesiastici
xxi quasi rumphea bis acuta
omnis iniquitas. Et plage
illius non est sanitas. Fame id est
defectu verbi divini. De quo Amos
viij. mittam famem in terra non
famem panis nec sitim aque
sed audiendi verbum dei et morte
id est doctrina mortifera. De qua psalmus
Venenum aspidum sub labiis eorum
Et bestiis terre id est crudelibus
mundi principibus qui omnes
devorant. De quibus psalmus Ne
tradas bestiis animas confitentes tibi.
Interficere gladio prave per-
suasionis de quo psalmus gladius
eorum intret in corda ipsorum
et fame terrena cupiditate
De qua dicitur Gen. xli. in terra
terra egipti erat fames. Et
morte peccati quo a deo separatur
anima. De quo dicitur in psalmo mors est in
mors qui mecum sit et bestiis
terre id est bestialibus prelatis. De
quibus Baruch iij. Ubi sunt
principes gentium et qui dominantur
super bestias que sunt super terram.
Et cum aperuisset quinta
post capitulum quam gentes et
magnas post tribulationes
ne terreret electi quod erat ille
tribulationibus affligendi,
post hic consolatur eos iohannes per
tam primo quia animas interfectorum
pro xpo vidit sub altari id est sub
protectione xpisti qui eas defende-
bat secundo quia singulos eorum

c 6

22 singul[ar]is stol[a] indu[i]t[ur] de corp[or]ibus
3° q[uia] p[ro]missio[n]em de implendo
corp[or]is desid[er]io audiuit. H[oc]
g[loss]o quintu[m] sigillu[m] e[st] co[n]solo
a[n]i[m]ar[um] p[er]fectate u[er]ū quies
certu[m] que p[ri]us occulta erat
s[ed] fuit ioh[ann]i o[ste]nsa, et p[er] eu[m]
ecc[les]ie reuelata et fuit ap[er]t[um]
sigillu[m]. D[icit] [er]go. Et cu[m] ape-
ruisset agnus qui a[nte]a ap[er]uit
sigillu[m] quintu[m] i[d est] s[e]c[un]d[u]m q[ui]nta sta-
tus vidi sub altari i[d est] sub
dei p[ro]tectione et [con]societate
a[n]i[m]as int[er]fector[um] p[ro]p[ter] u[er]bu[m] d[e]i
i[d est] p[ro]p[ter] p[re]ceptu[m] dei q[uo]d imple-
bat, uel p[ro]p[ter] u[er]bu[m] d[e]i i[d est] p[ro]p[ter] filiu[m]
dei que[m] asserebat e[ss]e d[eu]m
et ho[min]em, uel p[ro]p[ter] filiu[m] d[e]i i[d est]
p[ro]p[ter] eu[angeliu]m quod p[re]dicabat
Et p[ro]p[ter] testimo[niu]m i[d est] [christi]anitatis
titulu[m] quod habebat i[n] corde
et testabant[ur] uoce et op[er]e. Ro[manos] x
H[oc] e[st] u[er]bu[m] fidei q[uo]d p[re]dica[mu]s
q[uo]d si [con]fitearis i[n] ore tuo d[omi]n[u]m
ih[esu]m [christu]m et i[n] corde tuo credi-
deris q[uod] d[eu]s exsuscitau[it] illu[m]
a mortuis saluus eris, uel
p[ro]p[ter] testimo[niu]m natiuitatis pas[sionis]
[et] resurrectio[n]is ascensio[n]is [christi] quod
habebat et aliis testabant[ur] i[n]
p[re]dicatio[n]e. De q[u]o d[icitu]r Act[uum] iiii°
Virtute magna reddebant ap[osto]li
testimo[niu]m ih[es]u [christi] resu[rrectionis] d[omi]ni n[ost]ri
Altare [er]go d[icitu]r [christus] sup[er] quod
oblatio[n]es et sacrificia n[ost]ra d[e]o
p[at]ri offerim[us]. Vn[de] forte om[ni]-
b[us] b[e]atis nat[ur]e p[er] ip[su]m t[er]minat[ur].
Vn[de] Ap[ocalypsis] viii d[icitu]r Alius angel[us]
venit et stetit an[te] altare ha-
bens thuribulu[m] aureu[m]. Sub-
tus d[omi]n[u]m e[ss]e a[n]i[m]e i[n]t[er]fector[um] sub
altari q[ue]runt[ur] sub capite
p[ro]p[ter] humilitate[m] et p[ro]p[ter] cari[ta]t[em] adhe-
rentes deo, uel sub i[d est] abscon-
dite q[ui]a nemo i[n] hac uita vi-

det quod s[un]t ibi. Et clamabant 23
uoce magna i[d est] affectu et desiderio
magno. De q[u]o clamore d[icitu]r i[n] p[salmo]
Clamauerunt iusti et d[omin]us exau-
diuit. Job. et clamor meus i[n] [con]spectu e[ius]
mansit [et] au[ribus] e[ius]. Sic clamor
moysi exo[di] xiiii°. Sic susanna
Dan[ielis] xiii. Dicuntur i[d est] desiderant[e]s
q[ui]a desideriu[m] e[st] clamor hominis interior[is]
qua[m] deus audit. P[salmus] Desideriu[m] eo[rum]
exau[diuit] d[omi]n[u]s. p[re]para[tionem] cor[dis] eo[rum] au[diuit] au-
ris tua. Usq[ue] i[d est] usq[ue] ad quod t[em]p[u]s
expectas d[omi]ne qui potes o[mn]ia
s[an]ctus i[n] op[er]ib[us] tuis et u[er]us i[n] p[ro]-
missis, usq[ue] no[n] vindicas
sanguine[m] n[ost]r[u]m i[d est] effusio[n]em sang[ui]nis
n[ost]ri penas debitas int[er]fec-
toribus infere[n]do. Et h[oc] d[icu]nt s[an]cti
no[n] pena[m] mal[or]um optando uel i[n]
ea delecta[n]do, s[ed] iustitie a[n]i[m]ulando
et uol[untat]i d[e]i se [con]forma[n]do, de e[ius]
impletio[n]e gaudent. Ita en[im] s[an]cti
s[un]t [con]iuncti deo, ut de o[mn]i vo-
lito d[e]i gaudeant et de penis
pec[cat]or[um] inq[ui]r[u]nt et uolunt a d[e]o.
Vn[de] p[salmus] Letabit[ur] iustus cu[m] vi[derit] vi[ndictam].
Ad maiore[m] a[u]t[em] expressio[n]em de-
siderii cor[dis] repetit id[em] u[er]bu[m] d[icen]s
Et no[n] vindicas et d[icu]nt sub i[n]t[er]ro[gatione]
usq[ue] no[n] vindicas nos d[omi]ne de
hiis qui habitant i[n] t[er]ra no[n] solu[m]
corp[or]is habitatio[n]e s[ed] m[en]tis affectio[n]e.
De q[ui]b[us] d[icitu]r i[n] M[a]th[ei] ii. Terre
habitacio tuu[m] ih[es]u[s] l[ibet] yericho i[d est]
mundi optima e[st] ita ut m[un]di
amatoribus q[uod] sit bona p[ro]p[ter]
diuicias, melior p[ro]p[ter] delicias,
optima p[ro]p[ter] honores. S[ed] [contra] eo[rum]
mala e[st] p[ro]p[ter] diuicias q[ui]a cito
pereunt, peyor p[ro]p[ter] delicias
q[ui]a cito tra[n]seunt, pessima p[ro]p[ter]
honores q[ui]a nimis affligunt
p[ro]p[ter] q[uod] d[icitu]r Ap[ocalypsis] viii Ve ve ve
habitantibus i[n] t[er]ra. De hiis a[u]t[em] [con]q[ue]-
run[tu]r s[an]cti q[ui]a p[ro]p[ter] adu[er]s[ita]tem eor[um]

28 affligerunt et occiderunt eos. Vel
quia amore terrenorum capti non
festinant ad celum ut sic imple-
retur numerus electorum et sic sancti consumma-
rentur in gloria utraque stola recepta.
Non enim consummabuntur sine nobis
Hebr. xi. Deo pro nobis aliquid
melius providente ut non consuma-
rentur sine nobis. Vel usque non vin-
dicas de hiis qui habitant in terra
separando scilicet bonos a malis
ut uterque vadat ad loca sua
scilicet boni in celum ubi est paratus locus
Jo. xiiii. Vado parare vobis locum. Et
mali in infernum ubi est eis paratus
locus sive invitatorum Luce. [xvi.] De quo
prevaricatus est Iudas ut abiret
in locum suum. Videmus quomodo facit Abac. i.
Usque Domine clamabo et non ex-
audies vociferabor ad te vim patiens
et non salvabis; quare respicis con-
temptores et taces conculcante
impio iustiorem se. Et date sunt
Ecce post clamorem sanctorum datur con-
solacio de premii exspectacione et
spei confirmacione de malorum
punicione et bonorum salvacione.
Et patet hic admirabilis largitas
pietatis divine qui petentibus
unum scilicet liberari se a consorcio ma-
lorum dat tamen primo iiii.or scilicet conso-
lacionem de premii adepcione, de
spei confirmacione, de malorum
punicione, de bonorum salvacione.
Et in hiis omnibus est sanctorum confir-
macio. Dicit ergo et date sunt illis
sanctis clamantibus singule stole
albe i. perfecta beatitudo anime, et
dictum est illis i. a deo inspiratum
ut requiescerent tempus adhuc
modicum i. diem generalis resurrectionis
pacienter exspectarent et dicit modicum
quia brevius est cursus tocius temporis
respectu eternitatis Jo. xvi. Mo-
dicum et iam non videbitis me.
Et promittitur hic eis adimplecio
q.d. amarum erit predicatoribus illis
temporibus tacere veritatem quam habent in
corde clausam, sed dulce erit si pos-
sent eam aliis ore proferre. Sed vera
sigillabitur liber tuus quia auferetur fere omnis
predicatio et doctrina veritatis.
Unde supra eodem dixit angelus Iohanni,
i. Christus ultimis predicatoribus: Signa
que locuta sunt vii tonitrua.
Et Dan. xii dixit aliquis angelus:
Tu autem Daniel claude sermones
et signa librum usque ad tempus statutum,
hoc est usque ad mortem antichristi,
quando licebit libere predicare, sed
ipso vivente non audirent, licet pos-
sent si vellent, quia non permitteren-
tur. Accipe librum intellectu et
devora illum operando, et faciet
amaricari ventrem tuum, i. sensua-
litatem tuam que mollis est et
fragilis, et scriptura difficilis est
ad intelligendum maxime fragi-
libus, sed tamen facilis et dulcis est ad
predicandum. Magnus labor est in
studio legendi et maior est in exercicio
operis, sed quedam delectatio est in predicatione

20

sermonis. Unde ps. Quam dulcia
faucibus meis eloquia tua super mel ori meo,
unde hoc sequitur: Sed in ore tuo erit dulce
tamquam mel, i. illud quod cum amari-
tudine intellexisti studendo
et operando tu iocunditer et dulce-
dine dices predicando. Ergo qui non
laborant studendo et operando
non senciunt aliquam devocionem
vel suavitatem legendo et predicando, et
ideo tales non libenter legunt nec
libenter predicant, quia nullam sen-
ciunt devocionem. Illi autem qui
fortiter laborant studendo et
operando quando legunt vel predicant
senciunt aliquam devocionem ex
hiis que reficiuntur in pa(rte) corde
vel pectore, propter quod et libencius predi-
cant et legunt et magis delectantur le-
gendo et predicando. Job iii.
Antequam comedam, i. reficiar
in predicatore per devocionem sus-
piro, s. in studio et operacione. Sequitur:
Et accepi librum, i. scripturam,
et prendi officium de manu angeli,
i. ex dono et opere filii Dei, non
ex meo merito vel isto Jo. Et
devoravi illum, i. memorie tra-
didi et opere adimplevi. Et erat
in ore meo tamquam mel dulce,
s. in predicatore. Et cum devorassem
eum, i. memorie commendassem et
opere adimplessem, i. hec duo pri-
mo in me compassem, amari-
catus est venter meus, i. sensua-
litas mea in pa(rte) s. devoratione,
i. in studio et operacione. Jer. iiii.
Ventrem meum doleo, ventrem me-
um, sensus cordis mei turbati
sunt in me. Vel aliter accepto et devo-
rato libro dicit Jo. amaricatum esse
ventrem suum, quia intellexit mala
que passuri erant sancti temporibus
ultimis ex capite quorum doluit,
et hec mala omnia fiunt in Christo ex
ea pertinentibus pertinent ad corpus glo-
riosum. Nam ... ula quam patiencia

4 uel passa est tempore iohannis mortua sunt
respectu eorum que pacis tempore
antichristi. Et ut tantorum redda-
ris ea que mala futura sunt. Et
dixit michi angelus scilicet: oportet te iterum pro-
phetare qui exiuisti de exilio prophetare
id est futura mala que preuidisti prius
populis et gentibus et linguis id est di-
uersis nationibus et regibus multis.
Oportet quia licet quidam quod non legitur quod Io-
hannes post reditum ab exilio exierit de
Asya. Dicitur quod si non uerbo tamen
scripta pluribus regibus predicauit
et adhuc hodie predicare non cessat
quia que cumque ab eo scripta sunt
ad eorum et nostram doctrinam scrip-
ta sunt. Rom. xv. Ecclesiastes dicit de pre-
dicatoribus ultimi temporis quos
oportebit iterum predicare mortuo scilicet
antichristo. Unde supra sequitur et dixit michi id est
predicatoribus ultimis quorum
personam gerebat iohannes. Oportet te id est eos
iterum mortuo antichristo prophetare id est
libere predicare populis et gentibus et
linguis et regibus multis. quia
erunt tunc quidam dabitur spacium
ad penitentiam agendam ut dictum
est supra .xv. dierum. XI
Et datus est michi calamus.
Hoc xi capitulum quod diuiditur in tres
partes. In prima ostenditur auctoritas et
modus predicandi. Nam in fine precedentis capituli
fuit promissa iohanni libertas
redeundi ab exilio et fa-
cultas predicandi et ideo in primo huius
capituli bene ostenditur modus et auctoritas
predicandi. In secunda ponitur predicatio et mors et
resurrectio enoch et helye que erunt tantum co-
lorate ecclesie ut dicitur in primo textu
precedentis et hic post incipit ibi et dabo
duobus. In tertia agitur de tuba sep-
tima angeli. Ubi tertia ue secunda visio et
hic post incipit ibi et septimus angelus
Haymo.
Ista uerba sic conueniunt Johanni sicut conueniunt
omnibus predicatoribus. Per calamum diuina scriptura
intelligitur quod similis uirge dicitur quia sicut in uirga est recti-
tudo
Dicit ergo Johannes Et datus est michi calamus 1
id est libertas predicandi quia calamo scribitur
Uel calamus id est scientia scripture et lingue
siue eloquencie ad predicandum
ipsam scientiam. Ysa. l. Dominus dedit michi
linguam eruditam ut sciam sus-
tentare eum qui lapsus est uerbo.
Et tamen hic dedit michi duas linguas et
similis uirge per quam significatur regia
auctoritas. Quod dicit Johannes ego autem ante
iubente regine recepi libertatem pro-
phetandi quam non ex mea uoluntate sed Christi
auctoritate predicandi accepi libertatem.
Hoc dicit contra illos qui non missi a deo
predicabant contra quos dicitur Rom. x
quomodo predicabunt nisi mittantur.
Et Ier. xxiii. Non mittebam eos
et ipsi currebant. Predicatio autem
scripture dicitur calamus quia sicut calamo
scribitur sic fides et cetera uirtutes
instructione predicationis audiuntur
et cordibus auditorum inseruntur.
Unde Rom. x. Fides ex auditu
auditus autem per uerbum dei. Ier. xxxi.
Dabo legem meam in cordibus eorum
scribam eam. Regendo dicitur similis
quia regit homines sicut uirga pasto-
ris oues. Unde ps. Uirga directionis
uirga regni tui. Et est flagellando
quia castigat. Prov. xxii. Stultitia
colligata est in corde pueri
et uirga discipline fugabit eam.
Dicitur quia uirga flexibilis est in cor-
pore, sic et scripture predicatio ca-
tholica requirit expositionem.
ii. Thy. iii. Omnis scriptura diuinitus
inspirata utilis est ad docendum
ignorantes, ad arguendum
negligentes, ad corripiendum
peccantes, ad erudiendum peni-
tentes in iusticia ut perfectus sit homo
dei. Et est uirga uia et recta facere
debes. Prov. viii. Iusti sunt omnes sermones
mei non est in eis prauum quid neque peruersum.

sic in sacra scriptura omnibus rectitudo sine erroris mendacio
invenitur, quia ibi nullum mendacium, nullus error.
In scriptis autem philosophorum, vatum et hereticorum men-
dacia inveniuntur et errores. C. II

2 Datus est intelligentibus et erudi-
entibus scientiam. De hoc calamo
dicit psalmus: Lingua mea calamus scribe ve-
lociter scribentis. Verba est spiritus sanctus, lingua predi-
catoris calamus, quo loquitur ipse spiritus sanctus.
Math. x: Non enim vos estis qui loqui-
mini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sicut non
laudatur calamus de bona littera
sed scriptor, ita non debet laudari predi-
cator de bona predicatione sed spiritus sanctus.
Unde Bernardus: de bona scriptura laudatur
manus, non calamus; sic de bona
scientia laudatur non predicator sed spiritus sanctus.
Et dictum est michi ab angelo: (ad predicatores officium)
Surge de lectulo pigritie. Proverbiorum
vi: Usquequo piger dormis? quando con-
surges ex sompno tuo? Vel
surge a tenebris sensuum et mente
erige. Ephe. v: Surge qui
dormis et exurge a mortuis a
tenebris que mortua sunt et illuminabit te Christus.
Sic sol electos et conversos ad se
illuminat, non conversos ad terram.
Et metire templum et altare
et adorantes in eo, id est omnibus secundum
eorum capacitatem predica, maioribus
maiora. Sicut apostolus i Cor. ii:
Sapientiam loquimur inter perfectos,
et minoribus minora. i Cor. iii:
Et ego fratres non potui vobis lo-
qui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus;
tamquam parvulis in Christo lac potum dedi
vobis, non escam. Per templum dei
significatur ecclesia militans, id est fidelium congre-
gatio. i Cor. iii: Templum dei
sanctum est quod estis vos. Per altare
significantur penitentes qui die et nocte
vigiliis et orationibus, ieiuniis et
disciplinis et aliis spiritualibus
exercitiis macerantur et mortifi-
cant carnem suam in sacrificium deo
vivum. Ro. xii: Obsecro vos per
misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra deo

hostiam vivam sanctam deo placentem. 3
Per adorantes in templo significantur
viri spirituales qui magis orationi et contemplationi vacant.
De quibus Jo. iiii:
Venit hora et nunc est quando veri
adoratores adorabunt patrem
in spiritu et veritate. Nam et ipse pater
tales querit qui adorent eum.
Spiritus est deus et eos qui adorant eum
in spiritu et veritate oportet adorare. Item per
templum quod totum erat auro
tectum intus et in nobilibus significatur ecclesia
triumphans, ubi splendor et lucet
aperte dei bonitas et sapientia
et inmortalitas presentialiter. Unde Ysa. xxxiii:
Respice Syon civitatem solempnitatis
nostre; oculi tui videbunt Ierusalem
habitationem opulentam, tabernacu-
lum quod nequaquam transferri poterit,
nec auferentur clavi eius in sempiternum.
De hoc templo dicit psalmus: in templo eius
omnes dicent gloriam. Et hoc est cui
dicitur gloria. Per altare
significatur Christus super quem offeruntur deo patri
omnes labores ecclesie. De quo Exo.
xx: Altare de terra facietis
michi, id est Christum de virgine nasciturum
ex carne credetis. Per adorantes
adoratores significantur omnes fideles.
Et valde eleganter ponitur altare
inter templum et adorantes,
quia Christus quasi militantem ecclesiam
triumphanti et triumphantem militanti
unit, et mediator dei, i Thi. ii.
Mensuram bonam. Mensura
templi est honor et contemplatio que
est in ecclesia triumphante, que mensura
extenditur a summo celi usque ad
profundum infinite et circuitu un-
dique; quia quocumque te verteris inve-
nies gloriam. De qua mensura di-
citur Luc. vi: Mensuram bonam et confertam
et coagitatam et supereffluentem dabunt
in sinum vestrum. Bona quia de celo,

Conferta q2 pfunda, coagita
ta i dilatata, supeffluente
q2 alta. Mesura altaris est fi
des qua credend e de xpo
qd verus deus z verus homo
Et hec mesura extendit se
a deo usq ad hoiem, Vn sap
viij. Attingit a fine usq
ad fine fortit z dispo oia
suavit, pu ult. Mulierem
forte qs inveniet pcul z
de ultis finibz pciu eius
Primus finis d est ultius fib e
hoi x c e deus z homo, De
hac mesura dr ro xij vez
sicut deus divisit mensura fidei
Mesura adorancium e ab or
tu solis z occasu, ab aqlone
z mari q2 ex omnibz gentibz
homi costat ecca z ipa se
extendit ad major pes indi
Vn eze xxxvij. A iiij or ve
tis veni spc z insuffla sup
interfectos istos z reviviscant,
Dr go iohi i cuilibz pdicatori, Lva
Surge i torpore tolle, ut
surge i mete ad celestia erige
z metire templum dei i co
templac gaudia celi, ut
alijs dicas sic exploratores
qui pus exploracoem ut dos
incitaret ad amore terre
attulerunt inde vvam sicut
malognatum, Vn xiiij o p
vva intelliguntur letia divine visio
nis p ficu dulcedo dilec
tionis p malognatum seritu
tas habitacionis q2 sb cortice
q i seritute est gna concordi
ordinata sic sci i celo, Vn
ysa xxxij. Sedebit ppls
meus i pulcritudine pacis i habita
culis fiducie i requie opulen
ta, De q seritute dt salon pu
xv. Sectam es qiunge qui

z altare metire sp.i. xpm ver
deum z verum hoiem credere hec
alijs pre studere, z adoran
tes metire i. iiij z multitudine
fidelium attende q2 no ex ve
gete tm congregata e ecca
ymo ex omi gente sine psona
accepcoe, Vn z omibz adnu
ciaanda e mesura templi z
altaris i. gla celi z fides xpi
Vn eze xl. dr. Ecce vir cuius
species qsi species eris z funiculus
lineus i manu eius stabat at
i porta z locutus e ad eu vir
fili hois vide oculis tuis
z auribz tuis audi z pone
cor tuum i omia q ego ondam t
q2 ut ondantur t. adductus es
huc, Iste vir e pdicator qui
dz vivere virtutibz z ad mo
res consonare i pdicacoe z dila
tari i tribulacoe, Funiculus lineus
e castitas qua dz hre tam
i cordibus z i ope, Calamus me
sure e pdicacois discrecio
qua mesurat unicuiq s
capacitatem eius qua vero por
tat i manu q2 quod dr p
dicator ore dz ope demonstrare,
Sz q re sup xi dr de ecca
malignancium q fuit inclata
ibi z inis equestris exercitus
hic at dr de ecca fidelium
q sit mesurata, Vn hoc Gº
nus dt divisionis mensura no
continuacionis q2 go mali
divisi st ab inuice z a xpo
io vere dr corpus ecce inclata
Sz q2 boni iuncti st z qti
ad inuicem z cu xpo glutino
caritatis io vere dr corpus ecce
mesurata, Sed atrium at qd
e foris templi i. fidos xpos
qui st ex ecclam iniusto z si
no uno minime sz no nomine

Eice foras glosa id est excommunicando
omnes qui te forasti te c argutum
qui per quos mortali peccato episcopus
excommunicat subditos suos
quod consentiunt vel est si post legitimam
admonicionem nolunt dimi-
ttere peccatum suum. Unde tit. iii°. here-
ticum hominem post primam et secundam
correptionem devita. Item
eice foras id est predic eiciendos
in futuro cum dicta parte. Unde in ultima
ferias tanes ... Mt viii. Mul-
ti ab oriente et occidente venient et
recumbent cum abraham ysaac et iacob in regno celorum. Filii
autem regni eicientur in tenebras exteriores.
Luc. xiii°. Cum videritis abraam
et ysaac et iacob et omnes prophetas
in regno dei, vos autem expelli
foras, et venient ab oriente
et occidente et ab aquilone et
austro et accumbent in regno
dei. Hec est mensura de qua
supra diximus qua mensuratur
omnes adorantes in templo. Mt
xiii°. elegerunt bonos in vasa
sua, malos autem foras miserunt.
Hec figura fuit in eiectione adam
de paradyso gen iii° et in eiectione
agar et ysmael gen xxi.
Unde paulus Gal iiii°. Eice
ancillam et filium eius. Non enim erit
heres filius ancille cum filio libere.
Unde autem per atrium significantur mali
cum quia et si per baptismum sunt sancti-
ficati tamen sunt intus pleni peccatis
sicut atrium intra sancta est
et tamen ibi reponuntur cadavera
mortuorum. Item atrium adheret
ecclesie tamen quia informis est propter pec-
catum manet extra. Et ne me-
ciaris id est mensuram perfeccionis
omnis subtrahe illis qui indig-
nis. Non enim merentur intrare ta-
lamos ubi qui nolunt subesse precepto

di. Unde Mt vii. Nolite sanctum dare
canibus neque proiciatis margari-
tas porcis. Et quia quia datum
est gentibus id est datis sunt carnalibus
et vicijs gentium et quia sunt confor-
mes in culpa erunt conformes
in pena. Et civitatem sanctam id est
ecclesiam in unitate fidei congre-
gatam calcabunt id est persequentur
ad conculcandum gentes. Et et
est yam mensibus xlii id est tribus
annis et dimidio, quibus regnabit
antichristus. Item per hunc numerum id est xlii
qui constat ex senario duc-
to in septenarium significatur totum vita
presens que vii diebus agitur
et vi operibus occupatur.
Vel tot opera vi dicitur in qua semper
mali a principio usque ad finem perse-
quntur et conculcant bonos, quod
significat persecucio kayn contra abel et
ysmael contra ysaac et esau contra
iacob et saul contra david et iudeorum
contra xpistum in cuius figura filii fuerunt
filii israel xlii mansiones in
deserto ut dicitur Numeri xxxiii°.
Et dabo 2a pars capituli in qua
promittitur ecclesie adventus enoch
et helye quorum predicatio fiat ei
consolacio. Et dicit ergo in hac parte
de hiis duobus. primo est de
tempore predicacionis eorum 2° de habitu secundum
corporis eorum ibi amicti saccis
3m est de habitu mentis eorum ibi hii
sunt due olive 4m de fiducia
eorum ibi et siquis 5m de potestate
eorum ibi hii habent 6m de morte
ipsorum ibi et cum finierint 7m de re-
surreccione eorum ibi et post dies
tres 8m de ascensione ibi celum
et audierunt vocem 9m de
plaga futura in mundo in ascen-
sione eorum ibi et in illa hora. Et
sicut dicit glosa per istos duos
intelliguntur omnes alij predicatores
qui sunt modo et erunt. Item istos autem
adducit in exemplum ut sic illi propter

8

guos persecutores non dimittet perire
Ita et alij propter in mores peccatores non
dimittunt dimittentur si propter hoc dicant
mori / Sicut illos suscitabit et
remunerabit dominus et interfectores
eorum dampnabit Ita faciet et
alijs predicatoribus / Dicit ergo Et dabo.
Non dicit quid ad significandum quod
inenarrabile est id quod dabit
Ysa lxiiij oculus non vidit deus
absque te etc / Similiter dicitur in ps. po-
na in salutari. Non dicit quis ut intel-
ligas omne bonum / Duobus testibus
meis i. helye et enoch et alijs
omnibus qui to sub beneficio ponitur
quia de duobus testamentis accipiunt
quod predicant / Vnde ps. De me(nsa)
petri per dabit novum res / Item quia
duo de xpo predicant s. quod per-
tinet ad humanitatem et quod pertinet ad
diuinitatem / Item quia predicando xpm mag-
nificant et antixpm dapnandum
monstrant / Item quia premia bonorum ad
consolationem et supplicia malorum
ad terrore predicant / Item quia duo
mandata caritatis predicant / Item
quia docent declinare a malo
et facere bonum que sunt due partes
iustitie / Item quia in ore duorum vel triu(m)
testium ad minus stat omne verbum
ut dicitur Deut. xix / Ideo et dominus
misit discipulos suos binos ante
faciem suam in omne locum quo erat
ipse venturus ut dicitur Luc. x / Hij
sunt testes xpi primo predicando
Vnde Act. ij et eritis michi testes in
ierusalem et in omni iudea / Secundo moriendo
Vnde apoc. ij In diebus illis antipas
testis meus fidelis occisus est
apud vos / In hoc quod dicit dabo
Nota quod maximam graciam facit
dominus illi cui dat ut predicando

9

et moriendo sit testis ut phil.
Donatum est vobis non solum ut in eum
credatis sed et ut pro eo paciamini.
Ideo ibant apostoli gaudentes a
conspectu concilij ut dicitur Act. v / Et propheta-
bunt diebus mille ducentis
sexaginta / Glo. i. tribus annis et
dimidio / Tamen alia glo. dicit Non quod
hij dies non perficiunt tres annos
et dimidium / Et hoc verum est quia desunt
xx dies ymo desunt 3o
dies et tres hore et parum plus
ymo desunt Clxxx dies i. di-
midium dimidij anni et quarta pars
t dies i. . dies
hinc paulo minus / Sed non est quietas
quia helyas et enoch solum predica-
bunt tanto tempore quanto xpus predica-
vit tribus annis et dimidio integre
Ymo defuit fere quarta pars di-
midij anni / Postquam enim per iohannem
fuit baptizatus supervixit tribus
annis et tamen quantum est ab epyphania
usque ad pascha quod pro anno di-
midio computatur / Vnde sicut xpus
precise non perficit tres annos et
dimidium in sua predicatione Sic
isti non perficient / Et hec solo habet
de interlineari quod dicit sicut ipse
predicauit / Alia solo potest dari
quia scriptura non facit vim in minucijs
numerorum / Et ideo licet mille ducenti
lx dies non perficiant tres annos
et dimidium / Quia pauci dies desunt
non facit vim scriptura / Prima solo
melior est quia ita bene potuit dix-
isse. cum cc lxxx diebus etc.
Amicti saccis / Hic agitur de
habitu corporis qui saccis vilibus et
abiectis erit saccis / Et hoc fecit ioh.
ut ostendat quod erat in sua sententia
venturus ad diem iudicij sue
Idem credidit de persone post aduentum
in iohe bap. cum ... et erat iohannes

amicti i. induti saccis quia primam
qui predicabunt ore etiam habitu ostendent
In saccis humilitas sanctorum exprimitur qui
licet sint magni tamen se peccatores fatentur
vel quia sanctorum vita reprobis videtur de-
specta / In saccis induti perhibentur.

vestitus pilis camelorum et zona
pellicea circa lumbos eius / Ex quo ut
ostendat qualem habitum debent predica- hec
tores medii qui scilicet predicant inter
predicationem Iohannis baptiste et istorum
duorum / Medium dicitur enim medium ab ex-
tremis discrepare / Unde de ysaia qui
fuit magis preter ceteros quam propha-
uit dicitur Ysaie xx. capitulo Va-
de et solue saccum de lumbis tuis
et calciamenta tolle de pedibus tu-
is et fecit sic / Et ysaie l. Induam celos
tenebris et ponam saccum operimentum
eorum / quod dicit principes aduentus domini
licet sint celestes tamen uilibus induentur.
Ergo qui pretiosis et mollibus induuntur.
non sunt principes aduentus domini / sed
potius antichristi / Ideo dicuntur pretiosis
amicti saccis qui est habitus penitentie
quia debent predicare penitentiam non solum
uerbo sed et exemplo / Set de habitu mentis
habent / Non enim sufficit habitus exterior
Nam multi sunt qui habent habitum sancti-
tatis exterius et interius portant ha-
bitum iniquitatis / sicut dicitur Ecclesiastici xix.
Est qui nequiter se humiliat et inte-
riora eius plena sunt dolo / De quibus
dicitur Matthei vii. Attendite a falsis prophe-
tis qui ueniunt ad uos in uestimentis o-
uium intus autem sunt lupi rapaces / Dicit ergo hii sunt
due oliue et duo candelabra
Oliue propter opera misericordie / Due uero propter
duplicem effectum misericordie / interiorem scilicet
qui est compassio cordis / et exteriorem
qui est subuentio operis / Zacharie iiii.
Isti sunt duo filii olei / Candela-
bra propter lucem doctrine / Duo uero
propter lucem exempli / unde Matthei v.
Vos estis lux mundi / Vos estis sal
terre / In conspectu domini terre stantes
glossa idest quod deo placeat atten-
dentes / sicut helyas qui dicit iii Regum xvii.
Viuit dominus ante cuius conspectum sto / Et

stantes dicuntur in conspectu domini quia in nullo se
inclinabunt ante conspectum antichristi
sed cadat coram eo ante eius / Vel sta-
ntes domini idest erecti in celum / Sic hos
predicatores qui portant Christum
et certamina antichristi [illegible] in celum
idest in tribulationibus per quas intratur ad
gloriam Actuum xiiii. per multas tribulationes etc.
Et si quis / hic notatur fiducia eorum
quam habuerunt in deo per quam stabunt
firmi et immobiles / sicut dicitur Jeremie
xvii. Benedictus uir qui confidit
in domino et erit dominus fiducia eius
et erit quasi lignum quod transplantatur
super aquas / quod ad humorem
mittit radices suas / et non timebit
cum uenerit estus idest turbo / Dicit ergo
Et si quis primus uel magnus ho-
mo uel diabolus aliquis uoluerit nocere eos glossa
idest a predicatoribus proposito remouere
uel eorum doctrinam annullare uel
eos a fide retrahere sicut antichristus
qui primo blandiciis postea
minis conabitur eos peruertere ut
ad unguem facere eos tacere / sed non po-
terit quia dominus custodiet eos / Ignis
idest predicatio uerbi diuini quod dicitur ignis
quia inflammat ad amorem / illuminat
ad cognitionem / emollit ad com-
passionem / et conterit petram [illegible]
Jeremie xxiii. Nunquid non uerba sunt
quasi ignis et sicut malleus conterens
petram / Exiet de ore eorum quasi
de fornace accensa / Ecclesiastici xlviii.
Surrexit helyas quasi ignis / et
uerbum illius quasi facula ardebat
Et inimicos eorum deuorabit
deuorandos et dampnandos ostendet
cuius signum est iiii Regum i. in duobus
quinquagenariis qui ad uerbum
helye consumpti sunt igne cele-
sti ibi dicitur Descendat ignis de ce-
lo et deuorabit duos
principes quinquagenarios / Et sic
deuorabit inimicos eorum idest predica-
tores disputando confutabit / quia

12 citius et si non poterunt vindicas
suos id est dubium dominus Luc. xxi. Ecce
dabo vobis os et sapientiam cui non
poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Id est
iudices eos inflexibiles et id est
doctrina fortes. Et operantur occi-
dere? Non impune. Unde sequitur et si
quis voluerit eos ledere id est corporali
morte occidere sic id est sibi similia
sicut ipsi ore eos occidi id est et 4
naliter eodem puniri. Mt. xxvi.
Qui gladium acceperit gladio peribit.
Hii sunt. Hic agitur de potestate eorum
que consistet in clausione celi et revelacione
scripturarum que in scriptura celantur per
quod vocatur celum id est manifesta- 2
tione fit doctrine adversariorum et
comminacione peccatorum. Unde dicit: Hii
habent potestatem claudendi celum id est
scripturas quas celantur archana
vel totum ceteram que est casa
electis id est domus dei. Unde ultimo:
Celum sedes mea est. Ne pluat
pluviam doctrine diebus prophetie
illorum que durabit per tres
annos et dimidium. Tertio Regum est
iiii. Reg. xvii. ubi ad preces Helye
clausum est celum ne daret rorem
vel pluviam annis tribus et mensibus
sex. Unde Jac. v. Helyas erat similis
pass[...] nobis passibilis et oratione oravit ut non plu-
eret super terram et non pluit annos tres et menses sex
et rursum oravit et celum dedit plu-
viam et terra dedit fructum suum. Et potestatem habent
super aquas id est suas doctrinas
quibus fidelium mentes irrigantur
ut fructificent convertendi eas
in sanguinem glossa id est in peccatum vel cum
audita negliguntur vel cum audi-
ta contempnuntur. Hoc duplici modo
convertitur doctrina sanctorum verbi
in peccatum. Scilicet cum audita contempnunt
vel cum audita facere nolunt.

Jac. iiii. Scienti facere bonum et non 13
facienti peccatum est illi. Et potestatem
habent super aquas id est scripturas sacras
convertendi eas in sanguinem id est in
sanguinem id est in peccata malorum re-
darguendo et condempnando. Jere.
xlviii. Maledictus vir qui prohibet
gladium suum a sanguine id est doctri-
nam suam a peccati reprehensione.
Et potestatem habent super aquas id est su-
per humanas mentes convertendi
eas in sanguinem id est in fide passionis
domini et in eius amore. Exo. vii.
Elevans Aaron virgam id est doctrinam
percussit aquas fluminis id est mentes
populi fluidi que versa est in sanguinem
id est in fide Christi et amore eius et in
mortificatos carnibus. Et potestatem habent super aquas
id est super fluxus peccatorum doctrinas
convertendi eas in sanguinem id est osten-
dendi earum feditatem et latentem
pravitatem quam putentem reddunt
bonos. Et percutere terram id est terrenos
qui dum terram propter nimium amorem
quo innituntur terrenis. Omni plaga
id est omni genere dampnacionis. Sicut
dominus per Moysen et Aaron per-
cussit Egiptum multis plagis.
Luc. xii. Servus qui cognovit
voluntatem domini sui et non se preparavit
et non fecit secundum voluntatem eius plagis va-
pulabit multis. Quocienscumque
voluerint. Quia sicut ipsi faciunt
voluntatem domini ita dominus facit voluntatem
eorum. Unde psalmus: Voluntatem timencium
se faciet dominus. Jo. xv. Quodcumque
volueritis petetis et fiet vobis.
Et cum finierint. Hic agitur de
morte illorum et derisione seu
illusione quam facient eis mali
postquam cum predicaverint tribus
annis et dimidio. Tunc Antichristus
occidet eos in medio platearum
Jerusalem. Dicit ergo: Et cum finierint testimonium
suum id est predicacionem suam quam testimonium

7 prohibebunt in [illegible] / Vnde super eodem appel-
lati sunt testes. Bestia i. antixpus
ferox et malignus inquisitores
ut bestia. que ascendit de abysso
i. per tenebrosos exaltabi-
tur ad regnum. Item que ascendit de
abysso i. qui de vili genere
sublimabitur in regem. ubi hoc nota-
tur quod de fornicatione vili nascetur.
Item qui ascendit de abysso i.
qui nascetur de vili tribu s. de
dan qui fuit de concubina bala
ancilla rachel ut dicitur gen. xxx.
Quia autem antixpus dicatur nasci de
dan probatur per id quod dicitur gen. xlix.
fiat dan coluber in via etc.
glo. i. antixpus veneno consumet
eos quos ad latitudinem vite
provocat. Item qui ascendet de
abysso i. qui de obscura et oc-
culta malicia cordis in opus
exibit. In principio enim bonus vide-
bitur. Unde tyrannum et ypocritem ponet
eum in regnum. De hoc dicitur Dan. vii.
post hec aspiciebam et ecce bestia
quarta per quam designatur regnum
romanorum terribilis atque mira
et fortis nimis. Dentes ferreos
habebat i. principes seueros
magnos. comedens atque co-
minuens i. omnes regiones de-
struens et reliqua pedibus suis con-
culcans i. omnia sibi subiugans.
Dissimilis autem erat ceteris bestiis
quas ante viderat i. regno as-
syriorum et regno medorum et
regno grecorum quia omnibus illis
ferocior et crudelior fuit et
habebat cornua x i. reges x
quos sibi subiugavit. Consi-
derabam cornua et ecce aliud paruulum
cornu ortum est de medio eorum i.
antixpus qui tempore regni roma-
norum nascetur et tunc fiet discessio
romani imperii temporalis vel eciam
ut dicitur ij thes. ij. Faciet adversum

eos bellum multipliciter s. disputa-
do, comminando, blandiendo,
promittendo, miracula faciendo.
Et vincet illos s. multos [illegible]
et occidet eos corporaliter. Et corpora
eorum iacebunt in plateis civitatis
magne i. mundi quod dicitur magnus
vel multitudine et magnitudine
edificiorum vel multitudine et
magnitudine miraculorum que facta
sunt ibi vel pocius multitudine et
magnitudine peccatorum que in ea erant.
Unde ierem. vi. Hec est civitas vi-
sitationis omnis calumpnia in me-
dio eius. ysa. i. quomodo facta est meretrix
civitas fidelis plena iudicii.
Iusticia habitavit in ea. Nunc autem
homicide. In plateis autem iace-
bunt corpora eorum vel quia nec audebunt
sepelire propter timorem antixpi vel
propter odium eorum vel ut homines
videntes timeant eos imitari
vel eis conformari. Que vocatur
spiritualiter sodoma i. muta a laude
dei. Unde ysa. i. Audite principes
sodomorum verbum domini percipite
auribus legem dei nostri populus go-
morre. Hoc dixit ysa. pro tempore
antixpi. Unde tren. iiii. maior
effecta est iniquitas filie populi mei
peccato sodomorum. Et egyptus
i. tenebrosa sine dei cognitione
vel duabus eorum i. propter quod dupliciter
iure erat dominus eorum s. iure
creationis et iure emptionis.
Et intellige eorum s. helye et
enoch sicut dicit glo. cui ipsi
servient usque ad mortem.
Crucifixus est s. corporaliter
spiritualiter in suis membris. mt. xxv. quod
uni ex minimis meis fecistis mihi fe-
cistis. luc. x. qui vos spernit me spernit. Er-
go qui vos occidit me occidit.
Unde dominus paulo actuum ix. saule
saule quid me persequeris. Et videbunt
de populis et tribubus et linguis
et gentibus quidam occulte quidam
libere quidam fama. Et iacebunt eorum

16 corpora inhumata per tres dies et di-
midium et tamen corpora non sinent poni in
monumentis. glossa. ne memoria eorum
habeatur prout alii magis terreantur.
Sed quare permittit deus tam inhumane
et tam crudeliter tractari suos servos.
Secundo ut maior sit corona gloriae. De
hiis autem permittit ut per hoc fiat
evidentior corporum resurrectio
quia si sepulti essent non ita plane
pateret corporum resurrectio que
facta fuit post tres dies. Sed unde
queritur cum terra illa calida sit
quomodo potuerunt iacere super terram tamen
illorum sine magno fetore. Dicendum
non putrefient tamen illorum quia soli-
data erunt propter frequentem usum
ligni vite quo ipsi vescuntur mo-
re et usi sunt ex quo fuerunt translati in
paradysum et tam diu possent ibi
iacere quod putrescerent vel fortassis
fit a virtute divina ut magis ap-
pareat bonitas corporum et clarior
fit corpora vera. Et inhabitantes terram
id est omnes terrena amantes gaude-
bunt super illos quia mortui sunt
et iocundabuntur. glossa. iustorum af-
flictio impiorum est epulatio
et munera mittent invicem id est dona
et exenia ad leticiam vel congratu-
lationes et fabulationes invicem de
eis loquentes pre gaudio et puta-
bunt se esse liberos et securos illis oc-
cisis qui vite eorum derogabant
Unde sequitur quoniam hii duo prophete crucia-
verunt eos id est perdiderunt cruciatores
vel contradicendo eorum iniquitati et
resistendo audacter unde est pro-
verbiorum xxviii. Iustus quasi leo confidens
absque terrore erit. Inhabitantes su-
per terram id est qui amant terrena quia illi
contempnebant et contempnenda pre-
dicabant et ideo odiosi et contemp-
tibiles erant eis sicut dicit Iob xii.
Deridetur iusti simplicitas lampas

contempta apud cogitationes
divitum ad tempus statutum, sapientie
gaudens cum nobis et ad videndum quam
dissimilis est aliis vita illius et im-
mutate sunt vie illius. Et post 1a
tres dies. hic agitur de resurrectione
illorum que fuit post tres dies et
dimidium. In tanto enim tempore remanserat
inhumata. Sed melius erat in decade
velle quod fuerunt per tres annos
et dimidium, sed non videtur hoc credibile
quod tanto tempore potuissent stetisse
et postea antichristus post eorum adventum
non regnaverit. Unde est ergo quod re-
surrexerunt in iiii^to die post interfec-
tionem suam mortuo prius antichristo.
Sed queritur qualia erunt corpora illorum
aut gloriosa qualia fuit verum Christi
an non gloriosa qualia verum Lazari.
Si primo ergo ante alios erunt con-
summati quod est contra apostolum hebreos xi.
ubi dicit hii omnes testimonio fidei
probati non acceperunt repromissionem
deo pro nobis aliquid melius providente
ne sine nobis consummarentur. Si
secundo ergo fiet eis iniuria cum iam
sunt mortui. Secundo dicitur quod re-
surgent glorificati sicut Christus nec
iterum morientur. Cum enim vivunt
alantur fructibus paradysi propter quod
nunc corpora preda sunt tamen eorum
congruissima erit mors eorum quia
optime sunt complexionis et
maxime vigent sensus eis unde maxime
sentirent dolorem ex divisione
anime et corporis sui propter quod non
volet deus ut iterum moriantur
unde dicendum quod habebunt tamen glorificata.
Et quod obicitur ab auctoritate pauli
dicendum quod hoc erit eis privilegium
speciale propter quod occiderunt pro non debent
dici resurgere ante alios quia prius
erit verum generale. Sed iterum queritur. Si
habent tamen glorificata quomodo vide-
buntur ab hominibus. Dicendum quod dicitur
quod naturaliter et sine miraculo natura
corporum glorificata non sunt visibilia

18 qn no vtitur sua subtilitate / sed qn
utitur tunc no possunt uideri / Et hec
a virtute glorificationis ut qn uolt
possunt uti et no uti / et ita qn uolt
uidentur et no uidentur / Dixerunt
quidam q anima intrabit in corpus
corpus no ut in organa sz ut in
vtr n° totum erunt prima quod preceptum
est / per hoc quod hic dicitur / spiritus
uite intrabit in eos / Dicit glo / Et post
tres dies et dimidium ab interfectione
corporum. Spiritus uite .i. anima uiuifi
cans eorum corpora et uiuificata a spiritu
sancto a deo .i. virtute diuina / non sua
natura intrauit in eos .i. intrabit / per hoc
quod dicitur a deo patet quod vere corpora non
erit naturalis / sed miraculosa. Et
steterunt .i. stabunt super pedes
suos glorificati immortales et inpassibiles
et timor magnus ex ista subita
corporum virtute cecidit .i. cadet sic
pondus grave opprimens per diuina ve
hementia / uel per infinita pena super
eos qui uiderunt .i. uidebunt eos
tam gloriose resurrexisse / et au
dierunt .i. audient helyas et
enoch uocem magnam .i. magne
potestatis indicatiuam / uel magnam
.i. omnibus audibilem de celo dicentem
.i. a xpo / uel ab angelo in aere
stantem et dicentem illis .i. helye et
enoch suscitatis et statutis super
pedes suos / ita. Ascendite
huc ad consortium sanctorum de medio
hominum impiorum / et ascenderunt in
celum empireum in nube eos
obumbrante / et malos terrente /
sicut xpc dicit / justum erat ut illi
qui xpm sic imitabuntur in predi
catione et tribulatione conformen
tur ipsi in ascensione / et quia ipsi descen
derunt prius humiliati sacrificio a
inimicis pro xpo occisi / iam merito
debent ascendere / Luce xiiii° quia qui se
humiliat exaltabitur / Johannis. Nemo as
cendit in celum nisi qui de celo descendit filius ho

Ephe. iiii° Quod autem ascendit / nisi quia descendit
primo in inferiores partes terre / qui descendit ipse est
qui ascendit super omnes celos / et uiderunt
illos .i. uidebunt sic glorificatos
inimici eorum qui de morte gau
debant / sed multo plus stupebunt
de virtute eorum / unde sap. v. uiden
tes autem turbabuntur timore hor
ribili et mirabuntur in subitatione
insperate salutis / Et in illa hora
hic agitur de plaga futura mundo
post ascensionem / factus est terremotus
ad litteram / uel terre .i. terrenorum
qui in morte eorum audacius et
uiolentius mouebuntur / et insur
gent ad ecclesie destructionem / uel
ad suam damnationem / et forte
mouebuntur aliqui ad penitentiam
ex timore et subita uisione
et decima pars ciuitatis cecidit .i.
omnes sancti de quibus decimus ordo
angelorum debet restitui / sed hu
miliantes gratias agentes deo de
glorificatione suorum corporum / uel
ceciderunt morte malorum in
gladio / uel decima pars ciuitatis
dicuntur omnes mali / qui decalogum
transgressi sunt / et non sunt de aliquo
ix ordinum ecclesie yerarchie
Ecclesia enim militans facta est ad
similitudinem ecclesie triumphantis / sicut quod
dictum est moysi Exo xxv. In
spice et fac secundum exemplar quod
tibi in monte monstratum est / Unde sicut
in ecclesia triumphante sunt ix or
dines angelorum Ita in ecclesia
militante sunt ix ordines hominum
Et sicut de quolibet ordine angelorum
aliqui ceciderunt / et tot quot
possent facere decimum ordinem
Ita de ix ordinibus hominum tot
saluabuntur quot poterunt re
parare integrum angelorum numerum
et in numero electorum / secundum Luce xv.
per decimam ouem quia pastor
inuenit querendo / et per decimam dragmam
quam mulier inuenit / Mali quia 19

20 qui de nullo iij ordinum est / dicitur
decima pars civitatis que cecidit / i.
cadet in infernum irreparabiliter / sic
antichristus dux eorum / De quo dicitur in
Prov. Cadet cum dominatu suo pariter
/ Et alibi de malis / Cadent in
reticulo eius peccatores / Et oc-
cisi sunt in terre motu super dicto nomina
hominum vij milia / i. omnes reprobi
nominati et vij viciis irretiti
sunt illaqueati / Occisi sunt in quam
morte prima et secunda / Et dicit glo-
sa: hali dicuntur nomina quia tamen nomen
habent et non re hominibus / De quo Ysa.
xiiij perdam Babilonis nomen
pro xx. Nomen impiorum putrescet
/ Et reliqui qui sunt non sunt in peccatis
indurati / in timorem sunt missi
in veniis / dei visa pena aliorum
pro xxj flagellato pestilente
sapientior erit parvulus / vel in timorem
ne cadat sicut alii ceciderunt
/ quia nemo securus est i. Cor. x.
Qui se existimat stare videat
ne cadat / Et dederunt i.
dabunt boni gloriam deo celi
gratias referentes deo de exal-
tatione humilium et depressione
superborum / Sicut beata virgo Luc. ij
Magnificat anima mea dominum / et post pauca
addit Deposuit potentes de sede / et
exaltavit humiles / Ve secundum abiit i. toto
tempore antichristi futura preterivit / i. p-
tersibit celeriter / Et ecce ve tertium
veniet cito i. pavor et tribulatio
iudicii post mortem illorum veniet
cito // Et vij angelus et cetera
pars huius capituli que est finis tribu-
lationibus / in qua agitur de vij statu
ecclesie / et vij ordine predicatorum
qui erunt post mortem antichristi
/ qui significantur per hunc vij angelum
qui ultimo tuba cecinit / et dicitur
hic capitulum / de exultatione iustorum

vij status ecclesie

vij angelus

et quibus eorum / comparatione ad penam 21
malorum / De quo dicitur in Ewangelio hic dicitur et cetera
/ Sequitur actio sanctorum i. xxiiij
seniores / xxiiij cum exultationibus
iustorum / quia scilicet deus malos iudicabit
et bonos exaltabit / i. quia accepisti
virtutem dei / Et vij angelus
tuba cecinit i. vij ordo predicatorum
dulciter et terribiliter predicavit / Dulci-
ter quidem bonis / et terribiliter malis
Dulcedo enim in cantu / terror in
tuba est / [illegible] et isto
[illegible] procedente angelo dum per presentiam
de futuro prophetali [illegible]
Et facte sunt voces magne i. ex-
ultationes et laudes bonorum de
pace collata eius / et dampnatione
impiorum iuste reddita illis
/ De his duobus gaudebunt sancti
et laudabunt deum auctorem amborum
illorum / xl Ysa. l. Consolabitur
dominus Syon / i. ecclesiam / et consolabitur
omnes ruinas eius / Et hic dicitur
consolabitur propter tantum prosperitatem.
/ Et quia tempore antichristi sustinebat
ecclesia duplicem desolationem una
quia a multis reprobabitur / 2a quia non
faciet miracula / et ideo post mor-
tem antichristi tempore septimi angeli
erit duplex consolatio / scilicet pacis
redditio / et fidei multiplicatio
/ tunc enim multi iudei gentiles ad
fidem [illegible] id Ysa. xxi [illegible] mutatione
religione gentium / religione magis
Iacob ad dominum fortem / Mala-
chie / Ecce ego mittam vobis He-
lyam prophetam antequam veniat
dies domini magnus et horribilis
/ et convertet cor patrum ad filios
/ et cor filiorum ad patres eorum / et
post mortem eius multi gentiles
visa eius virtute / Cohac autem te-
manifeste habetur / quia habes unus de
duobus testibus [illegible] Io-
hannes [illegible] / Et vidi [illegible] Enoch
sit alter eorum / forte ego hic [illegible]

22 quod cum helya translatus est vivus in
paradysum. Sed aliqui dixerunt
quod moyses erat alter, quod conve-
niunt ex hoc quod duobus apparuit christus
discipulis in monte cum moyse
et helya, mathei xvii. Sed sancti magistri
consentiunt quod enoch erat alter
qui nondum mortuus est et cum helya
occidetur ab antichristo, sicut ioa-
chim dicit, cui iohannes consentire videtur.
Hoc quod hic dicitur de hiis duobus
in spiritu esse confirmatum non illud et
quod hii duo testes sunt duo or-
dines qui in fine mundi sunt venturi,
et due olyve et duo candelabra
domini, quia et oleo caritatis ardebunt
et splendore sapientie lucebunt. Cla-
vem duorum ordinum religiosorum ob-
stare in conspectu illius principis qui
tunc erit. Sicut moyses et aaron
steterunt coram pharaone qui erat
dominus terre egipti, et petrus et
paulus coram nerone qui erat
imperator tocius orbis. Qui ha-
bent potestatem claudendi celum
ne pluat diebus prophetie eorum, quia
ipsi spiritualia verba scripture abscon-
dent indignis, et predicacionum et
doctrinam hereticorum cessare facient
ita ut docere et predicare publice non
audeant, sicut faciebant ante ad-
ventum illorum ordinum. Et convertent
aquam in sanguinem, id est doctrinam
hereticorum esse mortiferam ostendent,
et non solum hereticorum doctrinam esse
mortiferam ostendent, ymo et
philosophorum que plena est vanitate, et
scientias seculares que sub abusu ple-
ne sunt cupiditate. Percucient terram
omni plaga, quia terrena et car-
nalia corda hominum omnibus modis plagas
mundi percuciunt, quibus illi qui ve-
lamen habent tamen oculos per se
videre non possunt. Cruciabuntur et
populi a gestu eorum vel quia prophetabunt

pluviam ne descendat diebus suis, 23
vel quia multorum scientiam et doctri-
nam que putatur esse utilis ostendent
esse carnalem, ita ut non sit sa-
lutis sed mortis et perdicionis sed
omnibus utentibus ea. Et hac de
causa propter odio habebantur. Et in fine
quia habundabit magis cupidi-
tas et refrigescet plus caritas,
tunc multi insurgent contra eos
in disputacionibus scripturarum sed non
prevalebunt, quia ignis exiet
de ore eorum, id est spiritualis doctrina
caritate et sapientia exiet plena
qui destruet et confundet
inimicos eorum. Cum autem dicitur quod
finito testimonio eorum ascendet
bestia de abysso que faciet
bellum contra eos et vincet et occi-
det eos, hoc sonat quod in fine mundi
rex ipsius assistentibus pseudo
prophetis qui cupiditate terrenorum
ei favebant incipiet dispu-
tare de fide christi et quos poterit
attrahet ad perfidiam suam vel
donis vel minis vel tormentis
vel deceptionibus. Cum item dicitur
quod corpora eorum iacebunt inhumata
tribus diebus et dimidio in plateis
civitatis magne que spiritualiter vocatur
sodoma et egyptus, hoc sonat quod
occisi a bestia id est a rege im-
pio predicatoribus veritatis in mundo
et magis in illis qui sunt platee
civitatis id est lata via vadunt que
ducit ad perdicionem, morien-
tur omnes spirituales et testimonia
veritatis que sunt per eorum scientiam.
Cum mortuo domino sol obscu-
ratus est, sed eo resurgente multa
corpora sanctorum qui dormierunt
surrexerunt et apparuerunt multis
in sancta civitate, sic testimonia veri-
tatis prius occulta malis domino re-
surgente revelantur in ecclesia multis.
Cum item dicitur quod predicantibus spiritus

cu scbi

niter in eos et stabunt super pedes
suos. hec est quia mox ut sit occi-
dium antichristi liberabuntur et que prius
habebant corporalia que cadere po-
terunt virtute dei fient spiritualia
que cadere non possunt. sequitur prius.
Quod item dicitur quia in illa hora fac-
tus est motus magnus et decima
pars civitatis cecidit et occisi sunt in
terremotu nomina hominum sep-
tem milia et reliqui in timorem missi
3a — sunt. hec est quia in hora ultime persecutionis
multi de clericis et multitudo
innumera de laycis qui septeno
numero censentur seducti cadent
a fide in celo id est in ecclesia que tunc
maxime celestis erit ammissa
Continuatur littera: facte sunt vo ces magne — tua. voces dico dicentes factum
est regnum huius mundi id est in quo
longo tempore regnavit hostis antiquus
domini nostri et christi eius glo id est patris et
filii quorum ipse sunt regnum
huius mundi non per potestatem sed tamen dis-
pensatorum quia fraudulencia et semi-
tia diaboli que diu regnavit in
mundo penitus deficiet et deus
in suis fidelibus in tranquillitate et
pace perpetua regnabit. unde sequitur
Et regnabit in secula seculorum
id est in eternum. unde Danielis vii ubi agitur
de eadem materia dicitur: Suscipient autem
regnum dei altissimi sancti et
obtinebunt usque in seculum regni
et seculum seculorum. Aliqui libri
habent Amen sed non est textus quomodo est
glo. — intelligendum. quia omnia predicta
firma et vera. Nota quod mundus tribus
modis accipitur. Primo mundus hec
cuius deus creator est et salvator
scilicet universitas rerum. De quo dicitur
Jo. i. In mundo erat et mundus per
ipsum factus est. Alio modo mundus cuius
deus redemptor est et salvator
scilicet universitas fidelium. De quo
Jo. iii. Sic deus dilexit mundum
ut filium suum unigenitum daret.



Tertio modo mundus est cuius dya-
bolus eius dyabolus princeps et rector est
scilicet universitas malorum qui mundum
istum plus debito diligunt. De quo
Jo. xiiii. princeps mundi huius ejicie-
tur foras. i. Jo. ii. Filioli mei
nolite diligere mundum nec ea que
in mundo sunt. primus mundus numquam est
dyaboli sed semper dei et filii sui. secundus
et numquam dyaboli per dominationem
sed divina dispensatione ei expo-
natur in parte ad excitationem. huius
mundi regnum tunc perfecte fiet dei
quando omnes exterminabuntur potestates dyaboli
et apparebit potestas christi. Tertius mundus
est dyaboli quo ad vexationem et
seductionem et pene non solum sue ef-
fectus sed tamen dei est quo ad pene
retributionis ordinationem. Continua
enim dei bonitate fit ne malum
quod ab ipso non est ortum numquam
dimittat sub se inordinatum.
Et xxiiii^or seniores. hic agitur
de gratiarum actione sanctorum pro de-
sua liberatione et glorificatione et
dyaboli et suorum condempnatione. unde dicit
et xxiiii seniores id est universi pre-
dicatores et doctores et ecclesie
rectores tam novi quam veteris
Qui in conspectu dei sedent. Active
qui semper quod domino conspectui
placeat considerant et intendunt
per meditationem cordis. unde in quarta [?]
Et passive quia et ipsi et facta eorum
a domino approbantur per eos exultet
iusti in conspectu dei. Dominum autem sedebunt
iudices super ipsorum. i Cor. xi.
Si nosmetipsos iudicaremus. Vel reges
proverbia xx. Rex qui sedet. Vel
episcopi id est super intendentes. Actuum xx.
Attendite vobis. In sedibus suis
id est in ecclesiis sibi commissis vel in offi-
ciis suis vel in premiis suis. Vel
sedent id est sedebunt in sedibus suis
id est thronis. De quibus dicitur Mathei xix
Vos qui secuti estis me sedebitis etc.

26 c 11

Ceciderunt in facies suas i. intus
considerantes conscias suas
se humiliaverunt, nichil sibi merito
sed totum deo attribuentes, glo-
riam. In faciem cadit, qui in hac vita
culpam suam agnoscit et eam peni-
tendo diluit. Retro cadit qui
in hac vita repente cadit et ad
que supplicia ducatur nescit
sic cecidit Hely ut dicitur i Regum iiii.
Sic omnes reprobi unde prouerbia iiii.
via impiorum tenebrosa nesci-
unt ubi corruunt. Et adoraverunt
deum omnia sua ei attribuentes
dicentes corde ore opere que est
dicendo Gratias agimus tibi
cui soli debetur honor et gloria
ut dicitur i Thimothei i et ultimo. Domine omnium
qui sumus deus quem colimus
omnipotens quem timemus vel domine qui
nos liberasti deus qui nos creasti
omnipotens qui nos iudicabis Qui
es immutabilis et qui eras olim
tunc despiciebaris Non dicit et qui
venturus es quia hic agitur de fine
mundi unde apparebit iam in esse
vel statim venturus Quia accepisti
hic omnia que gerenda sunt agende
quia scilicet bonos liberavit et malos
dampnavit quasi diceret merito gratias
agimus quia dignus es Quia accepisti
virtutem magnam ecclesiam
congregando, a morte resurgen-
do, discipulos virtute ex alto
erigendo, malos dampnando,
bonos glorificando. Et regnasti
i. tuos a dyabolo defendisti, et
tuo imperio subiecisti, et irate
sunt gentes i. mali gentiles viden-
tes videntes regnum christi surgere
et elevari et suum deprimi sic
herodes audito quod natus esset
turbatus est et omnis iherusalem cum illo
ut dicitur Matthei ii ubi dicit glossa Rege
celi nato rex terre turbatur
quia nimirum terrena altitudo confunditur

cum celestis celsitudo aperitur. Et
advenit ira tua i. iusta
vindicta que et omnibus est abira
vel cum ira frequentissime ibi pro
in deo accipitur sed pro eo tranquillitate
unde sapientie xii tu autem dominator vir-
tutis cum tranquillitate iudicas
Et advenit tempus mortuorum
i. oportunitas iudicandi i. separandi
post mortem bonos a malis.
De quo iudicio dicit psalmus Iudica
me domine et discerne causam meam de gente
non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me
Matthei xxv. Congregabuntur an-
te eum omnes gentes et separabit eos ab
invicem et reddere mercedem servis tuis
prophetis i. predicatoribus et prelatis
providentibus et providentibus et
aliis in futuro et sanctis i. pauperibus
vel omnibus in baptismo sanctificatis
et timentibus filialiter nomen tuum
i. te nominabilem pusillis et
magnis quasi diceret non solum maio-
ribus reddet mercedem quando tempore
advenit sed omnibus fidelibus qui
laborant in vinea sua Matthei xx.
voca operarios et cetera per eum dedit
dilectis suis sompnum vel sic
tempus advenit reddendi mercedem
i. premium laboris et servicii sui
servis suis scilicet patriarchis et mar-
tiribus i. confessoribus qui fuerunt
magni dignitate caritate et fide
unde Ecclesiastici xliiii. homines magni
virtute et prudentia sua preediti.
Et iam tempus advenit exter-
minandi et eliminandi a regno
eos qui corrumperunt terram i. corpus
suum male vivendo et aliis
malum exemplum dando. Et certe
de septimo angelo scilicet extermi-
natio malorum in fine mundi
De quo dixerat supra eodem Ve
xii abiit et ecce tercium veniet
cito Quia multi sunt qui non credunt
quod ita cito debeat venire quia vera
si crederent aliter viverent et alibi

28 edificaret et thezaurizaret siquidem
thesauros ubi se maximos in perpetuum
sperauit. Secundo quia hic diu manere
sperant ideo hic edificant et thezau-
rizant contra quos dicit dominus Mathei vi. No-
lite thezaurizare uobis thesauros
in terra ubi erugo et tinea
demolitur ubi fures
ad literam uel parietes uel parapes
effodiunt et furantur. thezaurizate
autem uobis thesauros in celo ubi neque eru-
lum scilicet fidelem cuius opus sit bonum
quod mulier id est ecclesia parit et generat
predicando et verbum ponendo in cordibus
auditorum. Jaco. j. voluntarie genuit
nos verbo veritatis. hic filius regit
gentes in virga ferrea id est motus car-
nales et animales et affectiones
domat et ordinat virga disciplina
hec est virga qua ductus Moysi
Exo. iiij°. in qua fiunt miracula in
egipto quia qui in mundo disciplinati
fuerint ecclesie salvabuntur. hic filius
dicitur rapi ad deum et ad thronum
dei non homini credenti sed operanti
dicitur attribui qui credit et operatur
sed deo auctori qui operatur in nobis velle

et posse perficere pro sua voluntate 31
bona, phil. ij°. Et hic optimum
documentum contemptoribus diaboli
cum multa donare opera bonorum
si referre ad deum et illi ea attribuere
et tunc non solum evadet filius
ymmo superabit diabolum. unde ysa. ix.
Sceptrum exactoris eius superasti
Et subditur quia parvulus enim natus
est nobis et filius datus est nobis. Et
mulier id est ecclesia fugit per auxilium
filii sui in solitudinem glosa in mentis
secretum remoto mundi tumultu
unde ps. Elongavi fugiens et mansi in
sol. Ubi habet locum paratum a deo
ad quiescendum quia in mundo non est
quies. unde Job xxxix. dicit de
viro sancto sub figura onagri. Quis
dimisit onagrum liberum et vincula
eius dissolvit. Cui dedi in solitudine
domum et tabernaculum eius in terra
salsuginis id est in carne ubi mul-
tas sentit amaritudines.
Et ideo liberius fugit in solitudinem
id est ad mentis quietem vel in solitudinem
id est in celum per contemplationem que dicitur
solitudo. sicut desertum propter tu-
multus carentiam. Et quia derelic-
tum fuit a lucifero et sociis eius
unde luc. xv. Quis ex vobis qui
habet C oves et si perdiderit unam ex illis nonne
dimittit xcix in deserto et vadit ad illam que pe-
rierat dicit dominus. Sic fecit christus in celo
dimisit ix ordines angelorum
et venit in mundum querere hominem qui
perierat qui omnibus centesima
reputatur quia de hominibus reparabitur
ruina angelorum ut eorum
numerus integer sit. Ubi habet locum
paratum a deo ut tandem rapiatur
ibi per apertam visionem Jo. xiiij°.
Vado parare vobis locum ut ibi
pascatur cum esca angelorum. sap. xvi.
Angelorum esca nutristi populum tuum
et panem de celo prestitisti eis sine

32 labore omne delectamentum in seruitute
Moralis. vel in solitudine i. in religione ubi
mundo contempto soli deo et sibi
vacat religiosus. De quo dicitur ysa.
li. Consolabitur dominus syon et conso-
labitur ruinas eius et deponet
desertum eius quasi delicias et soli-
tudinem eius quasi ortum domini. Ubi
habet locum paratum a deo ad corpus
non cibum qui perit sed cibum eternum
et interiorem i. cibum dei et ypm dicit
vel quem cibus comedit in lectione
vel qui in contemplacione et hunc
locum parat deus suis unde ps. pa-
sceri dulce t. p. d. Et hoc est quod
sequitur ut ibi pascat eam pane
doctrine pane cubae et pane
glorie. De quibus dicitur luc. xi. Amice
commoda michi tres panes. De hac
dicitur ps. Dominus regit me et nichil michi
deerit in loco pascue ibi me collocavit. Eze. xxxiiii.
Et congregabo oves meas de
terris et inducam eas in terram suam
et pascam eas in montibus israel i. in
claustris in rivis et in cunctis habitacionibus
Multi non credunt quod tanta sit
refectio animarum in claustro
quia non senserunt et ideo non credunt
unde dicitur illud Nunquam potuit de
pane mensa in deserto i. doctrina
in claustro hec est nomen rerum nominis
quod nemo scit nisi qui accipit. Ber.
unde cum andreas quereret a domino
Rabi ubi habitas Respondit veni et
vide q. d. non lingua sed experien-
cia potest cognosci locus habitationis huius habita-
tionis. Abac. i. opus factum est in
diebus vestris quod nemo credet
cum narrabitur scilicet ubi probavi et
sensi. Eccl. xxxiiii. Qui non est
expertus pauca cognoscit. Sed
multi vident cruces quia non
senciunt internas consolaciones

Diebus mille cc lx intelligitur omne 33
tempus a predicatione christi usque ad
finem mundi quia tot diebus predi-
cavit christus et quia doctrina et vita
predicatoribus non variatur quamvis
dies multiplices sint tamen tot
dicuntur esse tamen quod sicut illi in quibus
facta est predicatio. Nullum enim alium
cibum sumunt in terra vel in claustro
nisi quem in illis mille cc lx
diebus christus preparavit. Talis ergo
ac si diceret ut ibi pascat suavissimo
ac dulcissimo cibo
quem m. cc lx diebus christus preparavit
Hec refectio figurata est Mat. xiiii.
et xv. ubi turbam que secuta
fuerat eum pavit in deserto primo
quinque panibus et duobus piscibus
Et postea alia vice vii panibus
et paucis piscibus. Et Gen. et sequitur. Et
Dyabolus propter insidias ecclesie quod signatur
in Gen. ubi dicitur Draco stetit ante
mulierem parituram quia callidus
et malitiosus et fortis est. Ideo
indiget ecclesia adiutorio propter quod
Jo. ostendit hoc duplex adiutorium
quod habet ecclesia contra dyabolum. Primum
habet a filio quem peperit qui dya-
bolum expugnavit et ecclesiam
liberavit. De hoc adiutorio iam
dictum est. Aliud adiutorium habet
ecclesia a ministris filii i. angelis
bonis qui contra malos angelos
pro ecclesia pugnare sunt parati
quorum quia temptationibus malorum re-
sistunt et etiam monitionibus et
inspirationibus bonis instruunt
quod mali destruere nituntur et ecclesiam
trahere ad peccatum unde et ipsi similiter
pugnare referuntur et dyabolus habet
adiutorio duplici ut dicitur glo.
Dicit ergo factum est prelium in celo i. pro
celo quod demones volunt auferre
hominibus ex invidia quia inde
per superbiam ceciderunt. Similem
exponit hemo. epistola vi. quod dicitur
Non est nobis colluctatio adversus

Agitur de adiutorio nostro in licet

32 carnem et sanguinem sed adversus princi-
pes et rectores in celestibus, glo. i. p
celestibus, que nobis auferre co-
nantur mali angeli, sed boni nos
custodiunt. Non pugna ad inuicem
dum. Unde sequitur Michael et angeli
eius prelia cum dracone i. cum lucifero.
Michael nominatur solus, quia est
prepositus ecclesie. Unde ei precipue incum-
bit custodia eius. Alii autem an-
geli qui singuli singulis hominibus sunt
deputati sub ipso sunt, sicut episcopi sub
papa et ideo dicuntur angeli eius. Sicut fuit
autem michael prepositus synagoge.
Unde angelus danieli dicit ibi
nemo adiutor meus fuit in
omnibus hiis nisi michael princeps
noster. Dan. x. Sed ex quo synago-
ga crucifixit dominum translatus est
michael prepositus ecclesie custodiende
et angeli eius i. minores qui sunt
custodes singulares. De quibus
dicitur Hebr. i. omnes sunt administratorii
spiritus in ministerium missi propter eos qui
hereditatem capiunt salutis. Et mat. xviii angeli
eorum in celis semper vident faciem patris mei.
Ibi dicit interlinearis angeli eorum
eis deputati ad custodiam.
Ieronimus super mat. Magna dignitas
animarum ut unaqueque habeat ab
ortu natiuitatis in custodia sui
angelum delegatum. Preliabatur
ecclesiam sustentantes per oratio-
nem bona inspirando, malos re-
frenando, cum dracone i. cum luci-
fero principe demoniorum. Et
draco i. lucifer pugnabat et
angeli eius i. qui cum eo et propter eum
ceciderunt et eidem obediunt tamquam
principi suo, simpliciter preliabantur contra
michaelem et angelos destruen-
do monitos eorum et contrarias
suggerendo hominibus. Et non value-
runt removendo auxilia ange-
lorum bonorum, neque locus inventus est
amplius eorum in celo i. in ecclesia, quo
ad bonos dicit glossa, quia et si alii

37 dominus permittere preter bonum. Non
habent tamen demones locum in ecclesia
quia eos non detinet quamvis volunt
quia dominus cito liberat eos. Unde ii pe-
tri ii. Novit dominus pios de temptatione
eripere, vel in malis qui sunt in eccle-
sia. Saltem nunc non habet dyabolus locum
quietum mansionis sicut habebat an-
te adventum; et habet adhuc in infi-
delibus qui frequenter inquietantur
a predicatoribus multo plus solito.
Unde Job iii: maledicant ei qui
maledicunt diei, qui parati sunt susci-
tare leviathan. Et hoc significat
nobis dominus Mat. viii ubi demones
eiecit de duobus hominibus et misit
in porcos. Ubi dicit glossa: nisi quis
more vivit porcorum, dyabolus in
eo potestatem non accipit, vel forte
ad probandum. Et proiectus est draco — agitur de victoria michaelis
hic est effectus duplex adiutorii
ecclesie, quia proiectus est draco ille mira
magnus potentia, serpens astucia,
antiquus ex antiquo tempore nocens.
Jo. viii. Ille homicida fuit ab
initio. Qui vocatur dyabolus i. de-
orsum fluens de celo ad terram,
de bonis ad malos vel de
peccato ad penam, quia continue peccat
et quanto plus peccat profundius fluit.
Unde ps. Superbia eorum qui te
oderunt ascendit semper. Et sathanas
i. adversarius. i. pe. v. Adversarius vester
dyabolus. Qui seducit seorsum a
veritate ad falsitatem, a cupiditate
ad cupiditatem ducit actu
vel voluntate universum orbem i.
omnes homines qui sunt in orbe.
Et proiectus est in terram i. in corda terrenorum
et angeli eius cum illo missi sunt
auxilio filiis et ministrorum eius
in quos magis deseviunt repul-
si a sanctis. Ad literam potest totum hoc
exponi de bello quod fuit in
celo empireo, quia lucifer et sui
propter superbiam ceciderunt et alii propter
suam sapientiam et dei gratiam confirmati sunt.

36 vnde diversitas affectuum et effectuum
pt dici eorum primum lucifer et
sui superbiendo ceciderunt / Mi-
chael et sui sedulando ste-
terunt / Dicitur quoque factum est prelium in celo
i. diversitas voluntatum atque con-
flictus ad bellum in celo empi-
reo michael et angeli eius
preliabantur cum dracone deo
adherentes et sicut lucifer rep-
bates / Et draco pugnabat et angeli eius
lucifer et eius complices superbien-
do et super omnes dominum appetendo
et non valuerunt assequi quod
optabant Neque locus inventus est
eorum amplius in celo empireo
et proiectus est draco ille i. lucifer
qui dicitur draco propter audaciam
Draco et malus est sitibundus / mag-
nus propter superbiam / serpens propter astu-
ciam / antiquus propter longam experien-
ciam / qui vocatur dyabolus propter ruina
vel propter invidia qua vult de
homine duos bolos facere i. vnum
de corpore et vnum de anima / totum
enim intendit perdere propter invidiam
et sathanas propter iram sive ma-
liciam qua omni bono adversatur
qui seducit vniversum orbem per
fallaciam / sicut ad ad evam / quos
promisit immortalitatem / libertatem
scienciam Nequaquam moriemini
mini Genesis iii / Et cetera / sic dii
eritis / Genesis iii / Scientes bonum et
malum eritis / Et solvit e-
rgo moriendi necessitatem / servi-
tutis / ignoranciam / De primo di-
Hucus / cit̄ (sic) Ro v. generis propter peccatum mortuum
est i. morte omni necessitate addic-
tum / De secundo Jo viii quia facit peccatum
servus est peccati / De tercio Ecclesiastes ix Nes-
cit homo finem suum et proiectus
est in terram infimam i. in infernum
Ezechiel xxvi / Et cetera deductus es
cum lugentibus volup ad terram ultimam

31 et i mortuos et incircumcisorum dormies cum eis
qui interfecti sunt gladio et angeli
eius missi sunt cum eo i. mittentur quando
dicetur / Ite maledicti in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius / Mt xxv / Et
audivi / Hic ostenditur quantum angeli
gratulentur de liberacione electorum et
dyaboli deiectione / in quo provocat
nos iohannes ad gratulandum de
bonis proximorum / Nam si angeli
ita gaudent de bono hominum
qui sunt fratres / per hoc autem debent vng
quisque laborare ut vitet dyabolum
cum audiat de sua victoria
sanctos angelos exultare / vnde dicitur
Et audivi vocem magnam in celo
i. leticiam magnam in celo i. in eccle-
sia militanti quam triumphanti
Dicentem i. significantem nunc prin-
cipe mortis devicto facta est salus
i. remissio peccatorum in baptismo
et virtus i. pugnandi audacia dyaboli
virtute debilitata et regnum dei
nostri regnum i. huius mundi in quo
dyabolus dominabatur ut rex videbatur
Jo xii Nunc princeps mundi
eicietur foras / et potestas christi eius
scilicet facta est nunc / potestas magna quia genus
humanum quod prius habebat
dyabolus domino permittente et pecca-
tis exigentibus / Et deo vin-
cente superatus ab eo perdit ea
vnde luc xi / Cum fortis armatus custodit a-
trium suum in pace sunt ea que possidet / si fortior eo superveni-
ens vicerit eum arma eius aufert et spolia eius distribuet / e
Ergo a principio quasi verum dico quia facta est
salus et virtus et regnum dei
nostri qui regit eas de virtute
in virtutem / et potestas christi eius quia donatur
destructo domino dyaboli / quia proiectus
est i. prelicitus sive exspe verum
tus / Accusator fratrum nostrorum
dicunt angeli i. dyabolus cuius officium
est accusare fratres i. per peccatum
accusabiles reddere deo glo-
Et quare quod angeli nos dicunt

38 fratres eius sunt ipsi spiritualiter et nos cor-
poraliter. Solo fratres nostri sunt per gratiam
non per naturam vel per creationem quia
ab uno sumus nos et ipsi creati
usque ad eandem beatitudinem sumus
vocati. Secundum item quia quasi dicit
singulariter accusator. Solo propter
unitatem intencionis omnium demonum
a quo mittuntur alii ut accusent
Qui accusabat illos. i. accusabiles fa-
cere laborabat illos. i. fratres suggerendo
eis materiam peccandi. Quia in conspectu
dei nostri quem nichil latet. Unde Hebre-
orum iiii. Omnia nuda et aperta oculis eius
ad quem nobis sermo. Die ac nocte
i. continue vel per prosperitatem quos per ad-
versitatem et si hic temptat eos. Et cre-
do quod plures deiciat per prosperitatem
Unde psalmus Cadent a latere tuo mille
i. in adversitate et x. milia a dextris tuis i.
in prosperitate. Et ipsi scilicet fratres auxilio
angelorum fulti vicerunt eum sug-
gestiones eius non recipiendo. Spe-
cialiter vincit qui eius suggestionem non
recipit quod satis facile est. Unde Jo.
Debilis est hostis qui non potest vincere
nisi volentem. Secundum ne credat quis
quod virtute propria vicerit ideo sequitur propter sangui-
nem agni i. propter fidem et imitacionem
passionis Christi. Jo. v. Hec est
victoria que vincit mundum fides
nostra. Hebre. xi. Sancti per fidem vi-
cerunt regna. Hoc figuratum fuit Exodi xii
ubi dicitur quod tamen illis non nocuit
exterminator qui postes domus
et superliminare sanguine agni
tinxerunt. Duo postes sunt amat-
torum superliminare est vero sume intel-
lectus. In corde est sanguis agni per
affectum compassionis in corpore per
effectum imitacionis in vero per fidei
illuminacionem. De hoc dicitur Cant. viii
Pone me ut signaculum super cor
tuum ut signaculum super brachium
tuum. Et propter verbum testamenti sui

testimonii

39 i. propter predicacionem qua testificati sunt de
nativitate passione resurrectione
et huiusmodi. Unde Act. iiii. Virtute magna
reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini Ihesu Christi.
Et non dilexerunt animas suas usque
ad mortem exclusive i. non tantum
dilexerunt vitam suam corporalem ut
timore corporis moverentur. Sicut Paulus
dicit Act. xx. Non facio autem animam
preciosiorem quam me dummodo consu-
mem cursum meum. De hiis dicitur Josue
v. Qui sponte obtulistis de Israel
animas vestras ad periculum benedi-
cite domino. Propterea hic invitat ad
mutuo angeli et sancti ad gaudium
super victoria dei et hominum libera-
Unde dicit propterea quia victoria est dei et
hominum liberatorum letamini celi i. vos
maiores angeli et qui habitatis
in eis i. vos minores. Et dicuntur
minores in maioribus habitare quia ab
illis recipiunt illuminacionem ut
dicit Dyon. Vel celi dicuntur angeli
et qui habitant in eis dicuntur sancti
qui auxilio angelorum sunt sal-
vati et ideo dicuntur habitare in eis i. cum
eis et per eos. Vel celi dicuntur prelati
vita celestes sicut dicit ad Phil. iii.
Conversacio nostra in celis est. Et
habitant in eis boni subditi qui
quasi in castro habitant in prelatorum pre-
sidio et omnes hii invitantur ad
gaudium propter victoriam devictionis
et Christi exaltacionem. Ve terre
Supra actum est de pugna dra-
conis cum muliere in celo. Hic
agitur de pugna eius in terra.
Prior enim pugna impugna-
cio erat committiva. Secunda impugna-
cio finalis erat. Vel prior pugna est
occulta secunda manifesta. Vel
prior pugna fuit contra perfectos
et ideo describitur fuisse in celo.
Secunda contra imperfectos et ideo dicitur fuisse in
terra. Vel prior fuit per occultam fraudu-
dem. Secunda fuit per apertam tribulacionem.
Doles i. dolores significat ve nobis.

20 tribulonis final magnitudine
dr ve maxime tribulois id
eterne dampnacois, tunc et maxi
i omni peccatori, p terra sr auari
p mare superbia. De utroque loquitur q
est caput omnium malorum. De
auaricia dr i thy vi. Radix
omnium malorum est cupiditas.
De superbia dr Eccli x. Initiu
omnis peccati superbia. Et ideo vere
p terra et mare sunt infideles et
peccatores quibus iminet grauis
tribulo et eterna dampnacio.
Vel p terra pnt sunt mali qui iam
p amore terrenorum auidi. p
mare sunt infideles p errore
amari. vel p terra que stabilis e
sunt illi qui de vno peccato i alio
fluunt. vnde ysa lvii. Impij qi mare
feruens quod quiescere non potest et oibus
illis ve. Cure at dixit ve terre
et mari declinat di cetera descendit
de celo cu qui uel de sanctis ex-
pulsus et confusus dyabolus nouia
tuerentes locum in sanctis. Ad nos
decipiendos et possidendos
habens iram magnam de sua dei
tocte et sanctorum saluacione. quos
non potuit amplius impugnando
uexare. Sciens qi modicum tempus
habet ad impugnandum sanctos ita
feruentius crassatur ad eos q
vite uoluit prius ardentius ex-
pugnare conatur. Hic non dicit duo
modi impugnacionis tempore antixpi
Unus est p simulata humilitatem
Alio ad hoc dr habens iram. Sequitur
Et postquam hic ostenditur conatus dyaboli
aperte ecciam persequentis. postquam
autem uidit dyabolus se p occulta
fraudem non posse proficere aperta
tribulacione dr expugnare. Vnde dicit
Et postquam uidit draco i dyabolus
qui habet acumen visus p subtile

astuciam et magnitudinem corporis p 21
potencie uiolenciam. Ad literam draco
habet subtile uisum et corpus magnum
et ideo significat dyabolum. qui est subtilis p
astuciam et magnus p potenciam
quia proiectus est de celo i terra i
infimum. vel i terra i i reprobos.
expulsus a sanctis. persecutus est
mulierem i ecclesiam. que peperit
masculum i xpm quia ei prestabat
auxilium q apta tribulonem dyaboli
sicut et occultam tribulonem et impug-
nacionem. Et ecce postquam scit ecclesia
uel scit quelibet anima facit aliquid
magnum bonum. statim insurgit
tribulo et persecucio iniquorum.
Et data sunt mulieri ecclesie due
ale aquile magne i due uite
actiua s et contemplatiua. vel
duo tempora uel contemptus mundi
et desiderium celestis regni. que
dicuntur ale aquile quia i celum fa-
ciunt uolare et i deum fixum habent
intuitum. vnde ysa xl. Qui sperat
i domino mutabunt fortitudinem
assument pennas ut aquile.
vel due ale pnt dici pacia
et sapientia que data est ecclesie contra duo
impugnatores quia impugnatur ab ad-
uersarijs vna est p uerba quibus habet
data sapientia. Alia p uerbera quibus habet data
paciencia. Aquila magna cuius sunt
hec ale xps est vnde Deut xxxii
Sicut aquila prouocans ad uolandum
pullos suos et super eos uolitans expandit alas suas et assumpsit eos
vel due ale aquile magne
pnt dici humilitas et virginitas
marie quibus uolauit i ecclesia fuit a
dyabolo liberata. Et bene p aquilam significatur
maria quia sicut aquila excedit
alias aues qui regina auium
Ita maria excedit alias oes
mulieres qui regina ymmo uere regina
mulierum potest uel sicut multe filie
congregauerunt diuicias tu sola
supergressa es vniuersas. Cant ij. Sicut lilium
inter spinas sic amica mea inter filias

22 Job xxxix de hac aquila dr
Nunquid ad preceptum tuum elevabitur
aquila et in arduis ponet nidum
suum. Vel due aquile ale mag
sunt duo precepta caritatis que vere
dicuntur aquila, quia sicut aquila
alias volatu superat aves,
ita caritas alias virtutes. j Co
xiii. manent autem tria hec, fides
spes caritas, maior autem horum est
caritas. Ez. i. Aquila desuper
ipsorum iiii or. Vel due ale aquile
magne sunt due partes iusticie
s. declinare a malo et facere bonum
quibus volatur in celum. Unde ps.
Quis est homo qui vult vitam di. di. vi
bona, declina a malo et fac
bonum. Et vere dicitur iusticia aquila
magna, quia sicut aquila habet
acumen visus, sic iusticia acuit
intellectum. Unde ps. Lux orta est iusto
etc. ps. Et mandatis tuis intellexi
i. a observacione mandatorum tuorum.
Ecci. ii. Fili concupiscens sapienciam
serva iusticiam. Vel due ale aquile
magne sunt timor et amor quibus
consurgunt sursum et deorsum volent.
Ezay iiii. Vadam ad montem mirre
ad cumulum immobilem tormentorum
inferni et ad collem thuris
i. ad culmen immobile gaudiorum
paradysi. Et licet minora sit gaudia
celi quam tormenta inferni.
per montem mirre intelligitur multitudo
peccatorum, per colle thuris
paucitas, que utique altissimis viribus
sunt considanda. Vel due ale
sunt intellectus et affectus quibus volat
ecclesia cogitando et desiderando
que data sunt ecclesie ut cum illis
a facie draconis volando fugiat.
Vel due ale aquile magne
sunt iusticia et misericordia que sunt date
ecclesie ut de se iniusticia faciens
et aliis viam impediens cum deo
ambulet, fugiens draconem.

Michee vi. Indicabo tibi o homo quid
sit bonum et quid deus requirat a te,
utique facere iudicium et diligere
misericordiam et sollicitum ambulare
cum deo tuo. Vel due aquile
ale magne sunt due partes sapiencie
s. cognicio dei et cognicio sui.
De quibus Augustinus li. confessionum dicit
Noverim te noverim me. Bonaventura
super illud Noli Ita cognicio dei
vitat desperacionem, cognicio sui
presumpcionem. Sapiencia vero dicitur aquila
propter acumen visionis, magna propter
dignitatem quia primum locum obtinet
inter dona. De qua dicitur Sap. vii.
Dilexi sapienciam et preposui illam luci
habere illam quam inextinguibile est
lumen illius. De hiis alis dicitur iii Reg.
vi. Quinque cubitorum ala cherubin
unius et v. cubitorum alia
ala cherubin alterius, x. cubitos
habentes a summitate ale unius ad ale
alterius summitatem. Quinque sunt v cubiti
prime ale in quibus quidem homo in se
cognoscere, primum est nascendi vilitas,
secundum vivendi brevitas,
tertium moriendi necessitas. Unde quidam
dixit Ve michi nascenti, ve nato,
ve morienti. Quartum est viventis
calamitas, quintum mortis incertitudo.
De iiii or primis dicit Job xiiii.
Homo natus de muliere brevi vivens tempore
repletur multis miseriis qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit.
De quinto dicitur Eccl. ix. Nescit homo
finem suum etc. v. cubiti alterius
ale sunt v quedam homo cognoscere
de deo et in deo primum est quod est largissimus
donator. Jac. i. Dat
omnibus affluenter et non improperat. Secundum quod
pacientissimus redditor. Eccl.
v. Ne dixeris peccavi et quid accidit michi triste.
altissimus enim est patiens redditor. Tercium quod est sapientissimus
investigator cui nichil
potest abscondi. Hebr. iiii. Omnia nuda
et aperta oculis eius. Boecius Magna
vobis necessitas indicta est nobis

n dissimulare velim[us] cu[m] cuncta
agam[us] an[te] oculos iudicis
cuncta cernent[is] / Xp[ist]us e[ni]m est q[ui] est iu[s]-
tissim[us] iudex / qui nulla ra-
t[ione] p[otes]t flecti. P[ro]v[er]b[iorum] vi. Zel[us] [et] furor viri no[n]
p[ar]cet[ur] in die [vindic]te / Ip[s]e [e]n[im] q[ui] est pote[n]-
tissim[us] excusator. Exo[di] xv.
D[omi]n[u]s omnip[otens] no[m]e[n] ei[us]. Sap[ientie] xi.
Misereris om[n]i[u]m q[ui]a o[mn]ia potes /
Ad quid a[utem] date s[un]t iste due
ale mulieri / o[stendi]t Ioh[ann]es c[um] d[icit]
Ut volaret ad initio[n]e[m] illorum i[n]
desertu[m] s[cilicet] i[n] sacre co[n]te[m]placio[n]is vel i[n] desertu[m]
p[enitenti]e / Et vide q[uo]m[odo] p[ro]ficiat
vitare tribulaciones / sup[er] d[ict]i[s] e[nim]
q[uia] nullus fugit i[n] solitudi[nem]
pedib[us] utens q[ui] adhuc terrena
amans / ordinate tu[n]c vero d[icitu]r
volare q[ua]n[do] n[on] o[mn]ia pedib[us] terra[m]
tangit / s[ed] p[rim]o fugit i[n] so-
litudine[m] que excludit tu-
multus ho[minum] [et] copia reru[m]
i[n] locu[m] suu[m] p[ro]p[ri]u[m] / Unde p[ro]p[ter] q[uod] p[ri]m[us]
loc[us] e[ius]dem [et] filiorum ei[us] e[st] desertu[m]
ubi no[n] tumult[us] ceterorum hu[iu]s sive
que[m] ho[minum] h[oru]m copia reru[m]
i[n]ve[n]it / Iob iii. Requiescere[m]
cu[m] regib[us] [et] co[n]sulib[us] terre q[ui]
edificant sibi solitudines / Ibi i[m]p[ii]
[et] ip[s]i cessaverunt a tumultu i[b]i
requieverunt fessi robore [et]
q[uon]da[m] vincti p[ar]it[er] sine molestia
no[n] exaudierunt voce[m] ex-
actoris i[d] e[st] ventris / Ubi al[itu]r p[er]
t[em]p[u]s [et] t[em]p[o]ra [et] dimidiu[m] t[em]p[or]is
Si h[oc] refera[tu]r ad statu[m] eccl[es]ie
t[em]p[o]re antixp[ist]i tu[n]c e[st] sensus. Ubi al[itu]r / al[itu]r
doctrina p[re]dicacionis Enoch
[et] Helye / que fit p[er] t[em]p[u]s [et] t[em]p[o]ra
[et] dimidiu[m] t[em]p[or]is i[d] e[st] trib[us] an[n]is
[et] dimidio / Est e[nim] mos Hebre-
orum p[er] t[em]p[u]s sive an[n]u[m] u[num] p[er] t[em]p[o]ra
duos annos / p[er] dimidiu[m] t[em]p[or]is

dimidiu[m] anni. Si aut[em] h[oc] refera[tu]r
ad g[e]n[er]ale statu[m] eccl[es]ie / tu[n]c e[st] sensus.
Ubi al[itu]r p[er] t[em]p[u]s [et] t[em]p[o]ra / [et] dimidiu[m]
t[em]p[or]is i[d] e[st] doctrina p[re]dicacionis [Christi]
tanto t[em]p[o]re f[ac]ta / Xp[istu]s e[ni]m trib[us]
an[n]is [et] dimidio / p[re]dicavit / cu[ius]
p[re]dicacione pascit[ur] eccl[es]ia cotti-
die usq[ue] in ista p[re]dicacionis ip[s]i[us] us[que]
ad fine[m] / Et fac[tu]s e[st] sp[iritus] [et]c. i[d] e[st]
temptacione[m] p[er]ente i[m]pugnatione[m] dyaboli
Unde p[ro]b[atur] p[er]s[ecutio] dulce[do] tua
pacis d[icitu]r. Ite[m] p[ro]b[atur] passi i[n] q[ui]bus tu i[n]-
me adu[ersus] e[ss]e q[ui]a e[st] m[ala] / aliquando h[ic]
i[m]pugnacionibus dyaboli o[sten]d[i]t Io[hannes] c[um]
dicit[ur] Et misit s[er]pens i[d] e[st] cal-
lid[us] dyabol[us] p[ost] mulierem i[d] e[st] p[ost]
ecc[lesi]am q[ui]a i[n]de ea attinge[re]
no[n] potuit / q[ui]a no[n] h[ab]ebat si[bi]
ip[s]a Ex ore suo i[d] e[st] sua inspira-
cione p[er] suos satellites. Aqua
ta[m]q[uam] fluen[tem] i[d] e[st] tribulatione[m] i[n]un-
dante[m] / s[ed] cu[m] dyabol[us] no[n] ad i[n]-
undacione[m] s[ed] ad suffocacione[m]
mittat tribulacione[m] t[ame]n de[us] sua
dispone[n]te f[a]c[i]t ut tribulacio i[m]missa
mundet iustos. Ysa[ie] iiii°. Si
abluit d[omi]n[u]s sordes filiarum Syo[n]
[et] sa[n]g[uinem] Ier[usa]l[em] de medio ei[us] In sp[irit]u iudicii
[et] sp[irit]u ardoris / H[ic] lavari [et] mu[n]dari
nolebat p[ro]ph[et]a cu[m] dicebat
Amplius lava me ab i[niquitate] m[ea]
[et] a p[e]c[cat]o m[eo] m[unda] me / De hijs tribulacionib[us]
d[icitu]r Can[ticorum] viii. Aque multe no[n]
po[tuerunt] ex[tinguere] cari[tatem] / P[s]. Salvu[m] me
fac deus q[uonia]m i[ntraverunt] aque us[que] ad a[n]i[mam]
Vel misit s[er]pens dyabol[us] tortuos[us]
ex ore suo i[d] e[st] suggestione sua
venenosa p[ro]p[ter] i[n]undante[m] [et] i[n]un-
dante[m] tribulacione[m] p[er] p[ri]ncipes mundi
q[uo]s suggerit dyabol[us] ut dicit
eccl[es]iam p[er]sequat[ur] / Ita ut ea[m]
faceret trahi p[er]m[anentem] [et] de p[ec]c[at]o
i[n] infernu[m] A flumi[n]e i[d] e[st] ab impetuo-
sa [et] i[n]undanti tribulacione / Ysa[ie]
viii. Adducet d[omi]n[u]s sup[er] eos
aq[ua]s flum[inis] fortes [et] multas
... assumet [et] fluet ex

cob ripa eius ibi p[ri]ma unda
et transeunt usque ad colla
et est extensio alarum eius locus
latitudinis terre tue o emanu
el. usque ad colla dicit. Ita usque
ad os et oculos. quia et si oppri
maris circa multitudine et magnitudine
tribulationum tamen non suffocabitis
a xpo misericorditer liberabimini.
Quod sumitur ex matheo xiiii. de
discipulis ad ihesum solus erat ibi in
monte. Navicula autem in medio maris
iactabatur fluctibus. erat enim ventus
contrarius. iiii autem vigilia noctis ve
nit ad eos ambulans super mare. Timor vigi
lie noctis scilicet iiii or partes persecu
tionis ecclesie. Prima fuit tirannorum
quando invocabantur. ii a hereticorum in confessores.
iii a falsorum clamorum in predicatores.
iiii a erit tempore antichristi que erit communior
omnibus de qua fit hic mentio
et tu tunc liberabimur ergo quando dominus
veniet et interficiet ipsum. Spiritu
oris sui et destruet adventus
sui. ut dicitur ii thessalonicenses ii. in ipso multe
tribulationes iustorum. vere tunc hoc sequitur.
Et adimplevit terra. i. celestis
ecclesia militante que terra est mor
entium. in fine quando est terra mor
tuorum. Et apperuit terra. i. ce
lestis ecclesia os suum in oratione ad po
standum dominum pro muliere et absor
buit flumen. i. tribulationem super statu et ad
nichilavit illa magna tri
bulatione. scilicet terra i. xpus in carne as
sumpta de qua dicitur Job xvi. terra
data est in manu impii. Adiu
vit mulierem. i. ecclesiam militan
tem cottidie filios parientem
viro suo xpo. Et quo adiuvit
quia tribulationes ipsius xpus portavit
et corpus et virtute sua mediatorem do
navit. unde ysa. liii. Vere langu
ores nostros ipse tulit et do. n. i. p.
Adiuvit et orando pro ecclesia ut non
deficeret in tribulationibus. unde luc. xxii.
Symon ecce sathan expetivit

[Ego rogavi pro te]
ut non deficiat fides tua. Vel adiuvit eam
eam tempore tribulationis breviando
unde math. xxiiii. erit enim tribulatio
magna qualis non fuit ab initio mundi
usque modo nec erit et nisi breviati fuissent
dies illi non fieret salva omnis caro. sed propter [electos breviabuntur dies illi]
electos. Vel adiuvit eam non per
mittendo augeri tribulationes
quam vellet temptator. unde ii cor.
ii. Fidelis
est deus qui non patietur vos temptari ultra id quod potestis
sed faciet etc. Vel adiuvit eam ange
los suos ad custodiam depu
tando. unde psalmus angelis suis
mandavit de te ut custodiant te in omnibus.
ysa. lxii. Super muros tuos
ihrusalem constitui custodes. dicitur hoc glossa i.
angelos. Vel adiuvit eam et ad
iuvat cottidie et adiuvabit
cottidie usque in finem faciendo iovi
cunditatem ubi sua passio recitatur
cuius memoria absorbet in
electis multitudinem tribulationum
ut non senciant vel non timeant.
Unde ut dicitur bern. devotus miles
sua non reputat cum benignum
ducis intuetur. Ipse quo
dicitur hebr. xii. Curramus ad
propositum nobis certamen aspicientes
in actorem fidei et consumatorem
ihesum qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucem confusione contempta atque ut dicitur
patre qui talem sustinuit a peccatoribus adversum
semetipsum contradictionem ut non
fatigemini. vel per carnem. [Antequam]
tarum passionem et hoc est quod figuravit
fecit moyses de quo dicitur apostolus
hebr. xi. fide moyses grandis
factus negavit se esse filium
filie pharaonis magis eligens af
fligi cum populo dei etc. Et hoc est quod
sequitur Apperuit terra os suum. i.
xpus predicatores eius scilicet de
quo dicitur Ie. xv. Si separa
veris preciosum a vili quasi os meum
eris et post apperui et a b. Et
absorbuit flumen destruxit
tribulationem tironum. Mt. x. Nolite

[margin:] tessalonicenses

28 timere eos qui occidunt corpus Luc.
xii. Nolite timere pusillus grex
Et non solum absorbuit flumen
aperiendo os ad predicandum ymmo
et ad bibendum in cruce vinum mir-
ratum talem passionis potum
nostre salutis. ps. De torrente in
via bibet. Augustinus xpus presentis bibet
talem quem est bibiturus. Bernardus Super
omnia reddit te amabilem mihi
bone ihesu calix quem bibisti
opus redemptionis nostre. hic enim
cor meum amorem vendicat totum
sibi. Hoc solum et os aperuit ad
sorbendum fluvium nostre tribulacionis
ymmo et latus et manus et pedes
et quasi totum corpus suum aperuit ut
omnino absorberet tribulacionem nostram
Sicut terra in magno estu aperitur
ut postea pluviam et undas totas
recipiat et quasi absorbeat. ps. Ab
sorbti sunt petre iuncti in corpore
i. apostoli comparati xpo quia corpus passo et
tribulato venerunt passionibus et toto absor
tantes adeo quod ipsa ingrederetur in pe-
tra abscondita in foraminibus. Vel adiu
uit mulierem auxilium in pugna
offerendo et post pugnam premium
promittendo. Gen. xv. Noli time-
re abraham ego protector tuus et
merces tua magna nimis post
pugnam. Vel terra i. beata maria.
De qua ps. terra nostra dedit fructum
suum. Adiuvit mulierem i. ec-
clesiam per ipsa orando xpm pacem
conferendo filium dei adiutorem
fortissimum pariendo. De quo ps.
Adiutor in oportunitatibus in tribulacione
Aperuit os suum ad deprecandum
pro muliere. Ecclesiastici xxiiii. in carnis
dilectissimi apparuit os suum pro
carnis et absorbuit flumen i.
sua prece mitigatur ecclesie tribulacionem
Vel per aquam fluminis scilicet habundanter
ter corporis que fluunt gentibus sicut aqua. Un-

de ps. Divicie si affluant nolite 29
cor apponere. Et de hac aqua
fluminis dicitur Iere. ii. Et nunc quid tibi vis
in via egipti ut bibas aquam
turbidam. Et quid tibi vis cum via assiriorum
ut bibas aquam fluminis. Hanc
aquam habundantissime misit
draco dum permitteret in ecclesiam dei
que a constantino datum est imperium
occidentale ecclesie. Et signanter
dicitur quod draco sive serpens ex ore
suo misit aquam post mulierem
quia ex ore serpentis non exivit nisi
sibilus et venenum et ita temporalia non sunt
nisi sibilus venenosus quia cito transeunt
et plena sunt veneno peccatorum et litibus
et est venenosa fuit quia bibentes
occidunt. Unde tunc audita fuit
vox angelorum in aere dicentium
hodie effusum est venenum in ecclesiam
dei scilicet in apocrypho silvestri
Et quia appungit hoc venenum
ad cor ecclesie itaut iam suffocata sit
propria clamat ipsa ecclesia in ps.
Salvum me fac deus quoniam intraverunt
aque usque ad animam meam. Et dominus de con-
venta bonitate nunc primo incipit
expandere ecclesiam suam et misit
modo adiutorem suum super terram qui
absorbere vult totum flumen
i. principem terrenum qui vult auferre
ecclesie omnia temporalia licet intencio
eius non sit eadem cum domino quia propter
bonum ecclesie dominus mittit illum. Vel
de sanacherib dicitur quod dominus misit eum
in iudeam ad correpcionem ipse
autem venit ad occidendum totum et
disperdendum bona corporis. Dominus
misit eum ex misericordia ipse venit
ex superbia et avaricia. Unde ysa.
x. Ve assur virga furoris mei
et baculus ipse est in manu eorum
et indignacio mea ad gentem falla-
cem mittam eum et quia propter furoris mei
mandabit illi ut auferat spolia et diripiat
potissimum quasi lutum platearum. Ipse autem
non sic arbitrabitur et cor eius non erit
sic ad conterendum corda et ad internitionem gentium

et ponet illum in conculcacionem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur et cor eius non ita estimabit sed ad conterendum erit cor eius et ad internecionem gentium non paucarum. Dicet enim Numquid non principes mei simul reges sunt ... consulta ...

apocrifis silvestri

40 ii pa. dicit ei. Nunquam non principes
mei v. s. st. rex. Multa que ibi
dicuntur et modo implentur. D g°. Et
misit serpens i. dyabolus ex ore suo
venenato i. suggestione sua
post mulierem i. ecclesiam aquam tamquam
flumine i. opulentiam temporalium ut
eam faceret trahi a flumine a fluvio
temporalium quod semper fluit deorsum.
Et bene dicit trahi post tractus enim
motus est violentus. Nam con-
trarium est quod ecclesia feratur deorsum quia
sancta est ut feratur sursum et ideo motus
deorsum est violentus. Unde dicit
Salomon proverbiorum xxiiii°. Erue eos qui
ducuntur ad mortem et trahuntur ad
interitum liberare ne cesses. Et adiuvit
terra i. principes terre dominum terrenum
diligentes mulierem i. ecclesiam. Et
modum adiuvandi ostendit et aperuit
terra os suum i. dilatatur principes
terreni desiderium suum et absor-
buit flumen i. opulentiam temporalium
quod draco misit de ore suo i.
quia habundantiam temporalem procuravit
esse dari. Non quod constantinus hoc
fecerit ex dyaboli suggestione sed
magis credo quod fecit hoc ex instinc-
tu spiritus sancti. Sed quia dyabolus procuravit
et procurat continue quod ecclesia cor
apponat istis temporalibus ut sic minus
possit intendere spiritualibus et tunc
dyabolus modo procurat ut terra ab-
sorbeat flumen. Hoc factum est in odium mulie-
ris sed nescit (?) quia paup-
tate occupata liberius vacabat
saluti animarum. Nam cum esset in
diviciis suis non poterat vacare
orationi et lectioni et meditationi. Unde
patet in diluvio aque (?) ad d.
Sed siccato diluvio melius fa-
ciet officium suum de quo dolebat
dyabolus cum fuerit (?) sed modo nimia
(?) non advertit. Unde se-
quitur. Et iratus est draco in mulierem
i. quod ecclesiam videbat quod non posset
eam trahere post se et quod haberet amplius

41 Unde ipse putavit in se nocu-
isse. Nunc sic desinit dyabolus ecclesiam
impugnare sed querens novos modos
et novas artes impugnandi eam.
Unde sequitur. Et abiit alio modo quo
potuit nocere ecclesie facere prelium
cum reliquis de semine eius qui
custodiunt mandata dei mente
et opere et habent testamentum ihesu
active et passive i. quod testimonium
perhibent de ihesu et illis. Augustinus. Ex-
trinsecus confessio sit coram ho. qfi?
quo cum eo per in. et angulis omnibus
et qui habent testimonium ihesu christi i.
caracterem fidei quo salvantur
filii dei. Jo. i. Dedit eis potestatem fi-
lios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius. Dicitur
testimonium dicit per testimonium domini fi-
dele sapientiam prestans parvulis. Per reliquos autem
de semine christi notat iohannes
omnes minores fideles qui habent
fidem et fidei confessionem quos ex-
pugnare aggreditur cum a maiori
repellitur. Unde dicitur (?) spoti (?)
de mulieribus per quam sponsa etc.
(?) timuit tu insidia-
beris calcaneo eius i. minoribus qui
eunt in fine, pes insidiatur ut
rapiat pauperem i. illum qui
parum habet de virtutibus. Sed non
omnes minores potest prevalere sed tamen
instabiles et incompactos quia
revera multi sunt. Unde sequitur et stetit
in ora sive super arenam maris
i. super steriles et incompactos et
aridos sub se tenens eos.
Unde ps. Sedet in insidiis cum divi-
tibus ut interficiat innocentem. Et ecce quod
dyabolus semper pugnat cum fidelibus et
requiescit in reprobis qui sunt
quasi castrum et habitaculum eius.
Unde Job xl. Sub umbra calami
dormit in se. ta. Eo. hu. quos
iohannes appellat arenam maris
iob vocat umbram calami et
loca humentia. tunc per verbum predictum
designatur ypocrite qui habent (?) sed

13

XIII

ꝫ no uitate / p talanu q est mg
vatiuus & ex nividit de facili
mo a quoz ueto sunt leues &
instabiles / p lota humana
uoluptuosi qui mal huoribz
i. moribz habundant / C. xiij.

Et uidi bestiam descripta e i pte
pugnam ulterius & draconis i
pte. t c. hic describit pugna
familie dr̄cois / describit autem
dracōis sub duplici spe
monstruosa duarum bestiarum
vnius ascendētis de mari & alteri
ascendentis de terra / & ut prima
bestia conflagitur ex malicia
laycorum & supbia pncipum secu
larium & io dr ascendere de mari
qr sunt elacoes supbie vnpr
ꝯparabiles elacoes m. / Et psa.
lvij. Impij .i. supbi q mare f
qd quiescere n p / 2a bestia ꝯstat
ex malicia cleicorum & cupiditate
platorum / vn & de terra p qua
sz auaricia dr ascēde / & huic
exponi concordat glo. q dicit
pma bestia ꝯstare ex pnci
pibz antixpi p quos uehemen
opprimet ecclam / 2a ex aplis
ut pdicatoribz eius p quos
fraudulenter impugnabit ecclam
Et hijs pz q hc tam duas ptes
hz In pma po descpo ponit
bestie / i 2a descpco 2e bestie
& uidi aliam bestiam / Circa descp
coem pon bestie pce hui so.
pmo po ppa si ꝯuenit ab
alijs bestijs cum dr ipam ascē
dere de mari & hre capita vij
& cornua x & hiis 2o ponit
quasi q ꝯuenit cu alijs
bestijs & po t ep te ꝯcencia / i
pelle cu pardo / i pedibz cu
urso / i ore cu leone / i pelle

pardi varietas ypocrisarum i ex
teriori conuersacoe / i pedibz ursi
diuersitas uoluptatum i medi
afferacoe / i ore leonis fetor de
tractionis i supba locucōe / Vel
forte pardi similitudo refertur
ad pseudo claustrales / As
similacio ursi ad pseudo scla
res / Assimilacio leonis ad
pseudo pncipes seu platos
Ad claustrales em ptinet pell
i. ostensio sce ꝯuersacōis exte
Ad seculares supportacio pedis
Ad platos doctrina oris / Et dat
i familia dracōis p quam
ipse draco impugnat ecclam
priorem locum obtinet antixpo
pro po / & ou eius crudelitas p
hc qz uocatur bestia / qz totum uas
tabit / Deinde ou eius ꝯnatitas
sine ꝯregnum dr ascēde de mari
i. de iudeis / qui & si pro fuint
terra fertil & exculta p lege
& pphas / tn pp peccm magis de
uenit figura / fuit mar i.
instabiles & amari / vnde
terre i. peccm peccauit uolem
p iusta fuerit / hc e q dixit dns
ad kayn gen. iiij. vagus et
pfugus eris sup terram qr f. occi
sorem t abel / Et hc satis bene
competit figuratum fuit gen.
xiiij o ubi dr q pentapol
erat pmo sicut padysus dei sz ppt
ca ppr peccm sunt facta abhomi
& mare mortuum appellata
Sic iudayci ppns pmo fuint
pps peculiaris dei qm petapol
ppr pentateucum sz pps peccm
facti e abhoiabilis & instabiles et
fetidus sicut mare mortuum / Dr
& ascēde de mari qr de tribu
dan nascet que fuit uilissi
ma tribubz isrl vn gen. xlix.
Dan coluber in via ce in se re
Angº ꝯ dr ascēde qr de vili
gñe venit ad magnam potm

// desi gna

// pon be stie

diffe

// ppea

N

2

3

3 cio ad magna crudelitate qz qui
a debilis sublimatur crudelior
est omnibus. Unde sapiens. Aspiciens
nichil est humili cum surgit in altum.
Per hoc eciam quod dicit ascendentem de mari
notatur cito casurum quia de insta-
bili et fluxibili fundatus uenit
super quod non potest diu stare edificium
Unde et in fine precipitabitur quia dicitur stare
super arenam maris. De quo dicitur
Mathei vij Omnis qui audit uerba
mea hec et non facit ea similis est
uiro stulto qui edificauit domum suam super arenam
et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti
et irruerunt in domum illam et fuit ruina
eius magna. Per bestiam possunt acci-
pi et intelligi congrue et uocari
ut dictum est tamen congruencius
intelligitur per bestiam istam tota col-
leccio malorum id est intencionis antichristi et
caput eorum. Et ideo quia glose
sanctorum magis concordant exposicioni
sicut dicitur in glosa de vna bestia
cuius unum caput est ipse antichristus
Dicit glosa et vidi et cetera id est spiritualiter intellexi
bestiam id est malorum multitudinem
bestialem de mari id est de amara
suggestione dyaboli uel de infide-
litate cordis proprii. Ascendentem
id est de vicio in vicium uel per princi-
pes malos se contra ecclesiam extol-
lentem. Habentem capita vij id est vni-
uersos principes qui defendunt et
regunt bestiam id est infidelium mul-
titudinem contra ecclesiam bestialiter in-
surgentem. De quibus capitibus dicitur
Amos vj. Ve qui opulenti estis
in syon et confiditis in monte sama-
rie capita populorum. Item vij capi-
ta bestie sunt vij principes totius
iniquitatis principales in vij etatibus (qui ecclesiam turbauerunt)
mundi. Quorum primus kayn in prima
etate a quo incepit ecclesia ma-
lignancium. Sicut ecclesia catholica
incepit ab abel. Et iccirco a
kayn incepit ecclesia malorum.

ta ecclesia bonorum ab abel. Kayn
enim incepit possessionem. Abel non incepit
nichil habuit. Et eciam malorum ecclesia
surgit et fundatur super diuicias
bonorum uero ex paupertate surgit
et super paupertate fundatur. Unde et
ecclesia malignancium terminatur in an-
tichristo diuite et potente qui est ultimum
caput ecclesie malorum. Secundum caput
fuit nemrot qui cepit primo
dominari in orbe terrarum in 2a etate
Unde de ipso dicitur Gen x. porro chus
genuit nemrot ipse cepit esse
potens in terra et erat robustissimus
venator coram domino. Et fuit a
principium regni eius babilon. Tercium
caput fuit ysmael a quo sunt
ysmaelite id est sarraceni. Cuius manus
contra omnes et manus omnium contra ipsum
ut dicitur Gen xvj. Et hic fuit in 3a
etate. Quartum caput in iiij etate
pharao in terra egipti rex qui populum
israel multipliciter afflixit in egip-
to ut legitur Exo j ij et iij. In v-ta
etate fuit quintum caput Na-
buchodonosor qui populum israel
captiuum duxit in babilonem
ut legitur [illegible] xxxvj. In 6ta etate
fuit caput herodes qui dum
querens pueros occidit ut legitur
Mathei ij. In fine vj-te etatis que
simul erit cum vij que in vij etate
erit, erit viij-um caput antichristus
sub quo erit magna persecucio
et afflictio ecclesie dei. Et hec est
bestia quam uidit Johannes cuius contra ecclesiam
expugnata asserunt. Unde qui-
dam assignant vij capita per
que ecclesia dei a principio usque ad finem
oppressa legitur et afflicta. vij-um ergo
caput bestie per quod bestia ef-
fudit venenum suum in ecclesiam et eam
quantum potuit laniauit fuit
herodes per quem enim natum xpum
deuorare quesiuit et quia non potuit
xpm occidere innocentes occidit Mt ij.
Alii per ipso autem accipiendi sunt omnes reges
[illegible] quibus in persecucionem xpi

id est hominum extinctor et oppressor
amore dominandi
et cogebat homines
ignem adorare.
Iste processit a Noe
cuius tres habuit fi-
lios Sem Cham
et Iafeth Genesis
ix et x c. Cham
genuit Chus
et Chus genuit
~~nemb~~ Nemrot.
Cuius principium regni
erat babilon

bestia

capita iniquitatis 7 etatum

Tercium capitulum fuit constancius arrianus qui uero uno eo arrianis orbis assumpto celitus / Quintum caput a 2a baroch de bozra

fuit cap 2m tam regni quam scelus habuit succ-
cessores usque ad iulianum apostatam
qui omnes persecuti sunt ecclesiam christi
Sextum caput fuit costhdroe rex
persarum in cuius tempore confirmata est
secta machometistarum. Septimum caput
fuit rex babilonis noue qui
volens apparere similis altissimo
et sedere in monte testamenti multas
persecutiones ecclesie christi persecutores ingessit
Octauum caput est ille de quo dicitur
in daniele viij°. Aliquis rex surget
post eos et ipse potencior erit prioribus
qui nouissimis temporibus multa mala
faciet ecclesie christi. Sed quis sit ille
non est meum determinare. Septimum
caput erit antichristus. De quo dicitur
Dan. viij°. Surget rex impu-
dens facie et intelligens propositiones
et roborabitur fortitudo eius sed non in viribus suis
universa vastabit et supra quam credi potest uniuersa vastabit. quam-
uis aliquis uideatur quod hic rex
de quo sic loquitur Dan. ad vi capitulum
pertineat. Sed forte sicut iohannes
xiij precucurrit sic iste antichristum. Et
ideo quod dicit dan. utrumque potest conuenire
Sed tamen eius septimum caput id est antichristus
inducet dyaconum ad loquendum per
os eius qui in signis et prodigiis
mendacibus decipiet multitudinem
infinitam ita ut pauci euadant.
Et sicut christus deus rex et ponti-
fex et propheta ita ipse nunc regem
nunc pontificem nunc prophetam se
simulabit et dicet et tam magna
signa faciet quod omnia facta sint ut
nulla estimentur signa christi comparatione
signorum eius. Ab hiis vij capitibus
passuram uidit iohannes ecclesiam christi
que septuplex persecutio figu-
raliter precessit in synagoga. omnia
siquidem contigebant illis in figura
ut dicitur j. Cor. x. Prima fuit ab
egiptiis mortuo ioseph quorum

caput fuit pharao cum magis suis
2a a chananeis mortuo iosue
quorum caput fuit Jabin cum
zyzara. Judic. iiij°. 3a fuit a x
tribubus contra duas quorum caput
fuit Jeroboam mortuo salomone
iij Reg. xij. 4a fuit ab assiriis
quorum caput fuit salmanazar
contra x et sennacherib contra duas
tribus iiij Reg. xvij. et xviij°. 5a
fuit a chaldeis quorum caput
nabuchodonosor qui ierusalem destruxit
et israel captiuauit. 6a fuit in ipsa
captiuitate sub assuero rege
qui dedit aman de omnibus iudeis
potestatem occidendis omnia macedonice
peruersitate. 7a fuit a grecis
quorum caput fuit anthiochus
epyphanes qui templum domini pro-
phanauit et multa alia mala
fecit populo israel ut legitur j. machabeorum
in multis capitulis et per totum. Sed nunquam
tamen valde qui in qualibet persecutione
misit deus filiis israel aliquem ad-
iutorem seu liberatorem qui eriperet
eos de manibus inimicorum. A prima
persecutione liberauit moyses et
aaron. A 2a barach et debora.
A 3a ezechias qui reliquas x
tribuum reuocauit ad deum
domini cum duobus. A iiija. angelus
domini qui una nocte occidit
exercitum sennacherib centum
lxxxv milia. A 5ta cyrus
persarum rex sub esdra et zoroba-
bel. A 6ta hester et mardocheus
A 7ma iudas machabeus et
fratres eius. Sic ecclesie sue misit
et mittet adiutorem in suis persecu-
tionibus. A septima scilicet ordine predi-
catorum de quibus supra satis dictum est
qui ecclesiam dei consolati sunt in vij
persecutionibus suis. Nec est mirum
si predictis vij capitibus tribula-
cio data dyabolo prestante qui super omnia
studet operibus caritatis in virginitate

Septimum per adam quem deus quasi colonum po-
suit in paradyso ipse dyabolus in cuius
sita deo permittente sibi regere
preparavit herodem ad christi persecutorem
Item per noe virum iustum auctore
reum posuit in urbe Neronem
ecclesie destructorem Item per abraham
fideli posuit in impiis constantium
arrianum Item per moysen legis sancte
latorem posuit machumetum legis
prophane datorem Item per david
regem iustum posuit regem nove
babilonis Item per Iohannem baptistam sur-
get velut forte ea similiter rex
ille ypocrita qui scriptus est danielis
vii capitulo Item per helyam qui venturus est
surget rex vii id est antichristus helyam
occisurus Et cornua x
id est decalogi transgressores qui
illi bestie adhebunt et membra
bestie erunt et super cornua eius
x dyademata (victoria) id est gloria de impug-
natione eorum qui servant deca-
logum et destructione decalogi
quia omnia precepta per principes eius
infringentur et de hoc gloriabuntur sicut dicitur
prover. letantur cum malefecerint etc.
Et super capita eius id est super principes
iniquos nomina blasphemie
quia dicent et dici facient christum non
fuisse verum deum sed magum seductorem ||
etc. Ad huius decorum (Item) magna
Item vii capita bestie possunt dici
vii vicia capitalia Decem cor-
nua x prevaricatores decalogi
Et ideo capita et cornua iunguntur
quia per vii vicia capitalia deca-
logus impugnatur et super cornua eius
id est super legis prevaricatores x dyade-
mata x gentes que invicem
etiam christum expugnare conati sunt
et super ea victoriam obtinuerunt eorum
prima est gens iudeorum secunda gens pa-
ganorum tertia gens arrianorum quarta
gens sarracenorum et hec iiii or

sunt significate Dan. vii per iiii bestias
de quibus ibi dicitur Ecce iiii or venti
pugnabant in mari magno et ecce
iiii or bestie grandes ascende-
bant de mari diverse inter se prima
quasi leena et alas habebat aquile
aspiciebam donec avulse sunt ale
eius et sublata est de terra et super
pedes quasi homo stetit et cor eius datum
est ei et ecce bestia alia similis urso
in parte stetit et tres ordines den-
tium erant in ore eius et dicebant ei
Surge comede carnes plurimas
post hec aspiciebam et ecce alia bestia
quasi pardus et alas habebat avis super se x
et x capita erant in bestia capita post
aspiciebam in visione noctis et
David: Educ de carcere animam
meam. Et apostolus Ro. vii: Infelix
ego homo, quis me liberabit. Et Jo-
seph Gen. xl: Memento mei
ut suggeras pharaoni ut educat me de is-

to carcere. Item de pugna ad victoriam 38
ii Thy. iiii°: Bonum certamen certavi.
Item de labore ad requiem. Ps.:
Convertere anima mea in requiem tuam.
Item de servitute ad libertatem. Ro.
viii°: Creatura liberabitur a servitute
corruptionis. Job iii°: Ibi servus
liber a domino suo. Gala. iiii°:
Illa autem que sursum est Jerusalem
libera est, que est mater nostra. Item de
periculo ad securitatem. Ysa.
xxxii: Sedebit populus meus in
pulchritudine pacis. Et ps.: Confor-
tavit seras portarum. Item de exilio ad
patriam. Math. ii°: per aliam viam re-
versi sunt in regionem suam. Item de paupertate ad
hereditatem perpetuam. Ps.: Cum dederit
dilectis suis sompnum, id est maiorem
quietem, ecce hereditas domini. Ideo
dicitur Ysa. xli: Noli timere vermis
Jacob qui mortui estis ex Israel.
Sed ne putaret quis quod sancti nil
cooperati fuerunt sue beatitudini,
ideo sequitur: Opera enim illorum sequuntur illos,
sicut famuli dominum vel famule
dominam. Et bene dicitur sequuntur.
Non precedunt quia sanctus non videt
opera sua ut deus videt, sed sequuntur
enim illi ut deus videat. Unde
Job xxxi: Si vidi solem cum
fulgeret et lunam incedentem
clare. Math. vi: Cum facis elemosinam
noli tuba canere ante te. Vel opera
illorum, id est mercedes operum eorum se-
quuntur illos, id est reddentur in futuro,
non in presenti sicut ypocritis quibus
statim redditur merces eorum. Unde
Math. vi: Amen dico vobis, rece-
perunt mercedem suam. De sanctis autem
dicitur Ps.: Labores manuum tuarum quia man-
ducabis etc. Ideo dicitur Eccl. xi: Mitte
panem tuum super transeuntes aquas
et post multa tempora invenies illud.

feria 4 . 5 [illegible]

14

39 Et vidi. quarta pars capituli ubi
agitur de iudicio futuro ubi reddentur
premia bonis et supplicia malis
secundum quod predictum est. Dividitur autem hic sex:
primo describitur iudex ydoneus
ad iudicandum; 2° ostenditur desi-
derium sanctorum de iudicio faciendo
ibi: Et alius angelus
exivit; 3° ostenditur quod sancti tunc ex-
audientur qui nunc videntur ob-
liti ibi: Et misit; 4° ostenditur quod
sancti qui modo iudicantur et opprimuntur
iudicabunt tunc cum Christo ibi: Et alius
angelus exivit de templo;
5° ostenditur quod licet sancti cum Christo iudicent tamen
auctoritas iudicii penes Christum est
ibi: Et alius angelus exivit de
altari; 6° ostenditur obitus sanctorum ibi: Et
misit angelus falcem. Sunt autem
iudici tria necessaria scilicet iustitia scientia
potestas sive auctoritas. Ideo Iohannes de
hiis tribus describit iudicem.
Unde dicit: Et vidi, id est intellexi, et
ecce nubem candidam, id est carnem
domini castam et puram et mundam, super
nubem sedentem, id est divinitatem hu-
manam carnem ut animam Christi
tamquam eius presidentem et ad libitum
sine omni rebellione regentem.
Unde Ysaias xix: Ascendet dominus
super nubem levem. Similem filio
hominis, primo non dicit filius hominis
sed hoc dicit Iohannes quando iam mortuus
et passus erat sicut homo naturalis pas-
sibilis. Sed cum homo immortalis
vel impassibilis sit gratia est quod corpus sua
natura corruptibilis tamen habet quod sit
mortalis. Habentem in capite suo,
id est in se quod est caput ecclesie vel
in divinitate, coronam auream ad simi-
litudinem triumphantis, quia ipse vir-
tute divinitatis vicit dyabolum et
antichristum perceptionem. Et in manu
sua, id est potestate sua, falcem acutam,

40 in iudiciaria potestate, quia malos
a bonis separabit sicut messores
metentes segetes serant et aliud
separant. Sic et vidi et ecce nubem
candidam, id est sanctam ecclesiam non
habentem maculam neque rugam que
pluit doctrinis, guttat miraculis. i. coruscat
De qua nube dicitur Ecclesiastici xxiiii°:
thronus meus in columna nubis. Unde sequitur:
Et super nubem sedentem ut iudicem i. Christum
aut regem aut episcopum. Ysaias 33:
Deus iudex iustus deus rex eundem
Similem filio hominis, id est Christi deum
et hominem et ideo dicit non filium hominis
sed similem. Vel ideo dicit similem, quia
et si tamen iudex sedeat super
nubem in iudicio tamen similiter
mansuetus apparebit bonis sed malis
de terribilis videbitur. Unde Ysaias 30:
Iudices furoris eius et gentes ad
portandum. Habentem in capite suo co- habentem
ronam auream, id est eternam gloriam qua
coronabit suos pro victoria qua
dyabolum et peccata vicerunt. Vel dicit autem
eam habentem in capite suo, quia eadem
coronam et gloriam quam habet Christus
homo dabit suis. Et non tantum
eadem sicut Hester iii ubi dicitur
quod Assuerus rex dyadema regni
posuit super caput Hester et fecit
eam reginam. Et in manu sua
falcem acutam, id est in potestate iustitiam
ad puniendos malos. Unde
Danielis vii dicitur quod fluvius igneus
rapidusque egrediebatur a facie
eius. Sed hic per flumen igneum et per
falcem acutam hic scilicet severitas
iustitie sive sententie dei que dicitur
gladius Iob xix: Fugite a
facie gladii. Et alius angelus.
Hic ostendit Iohannes desiderium sanctorum
de futuro iudicio quod veniat.
Desiderant scilicet propter duo: primo quia
recipient tunc 2am stolam; 2° propter
consortium fratrum qui tunc perficientur.

21 quod ipsi expectant, unde supra vi-
dem est eis ut requiescant modi-
cum tempus. De tertio quoque Et alius angelus
scilicet quidam cetus fidelium qui sunt alii a
Christo qui per precedentem angelum
designatur. exivit de templo id est
de occulto hoc est desiderium quod
habent de futuro iudicio scilicet tunc mani-
festum erit. Et ideo dicitur exivit angelus
de templo quia desiderium sanctorum
quod modo latet tunc veniet
in aperto. Clamans voce magna id est
orans desiderio et affectu magno
ad sedentem in nube id est ad Christum
etiam regentem. Mitte falcem
tuam id est exere potestatem iudiciariam
et mete id est collige tuos in tempus
tritici in horreum tuum quia hora
est ut metatur seges de agro id est
tollantur homines et excussa sege-
te grana in horreum recondantur
et palee igni comburantur. Matthei
Cuius ventilabrum in manu eius
etc. Et quare quia hora est metendi.
quoniam aruit messis terre id est quia iam
consummata est malicia mundi
et iam plus non habet ad viriditatem
quod de cetero possit esse ad uti-
litatem bonorum. Unde malicia mundi
dicitur viridis quamdiu prodest bonis
sed quia iam impletus erit numerus
electorum tunc erit arida messis
terre id est consummata malicia mundi. tunc
boni pati erit ad suscipiendam pal-
mam et mali pati ad suscipien-
dam penam pinicita. De hoc dicitur Io.
iiii. Nonne vos dicitis quod ad-
huc iiii^or menses sunt et messis
venit. Quatuor menses sunt iiii tribu-
lationes ecclesie generales quos sustinet
ecclesia ex iiii^or persecutionibus genera-
libus que inceperunt ab ortu ecclesie

asthalonita
22 sub herode qui occidit
pueros et continuate sunt una
post aliam usque ad messem genera-
lem que fiet in die iudicii. Prima
quoque fuit persecucio tyrannorum
qui martires occiderunt. Secunda heret-
icorum qui confessores inpugnaverunt.
tertia falsorum fratrum id est ypocritarum
qui mores corrumpunt. Quarta erit
antichristi et suorum qui fidem et mores
corrumpet et vitam auferet
et ideo gravior erit omnibus. Matthei xx.
Erit tunc tribulatio magna etc.
Et Matthei xiii^o messis est consummatio
seculi. Angeli sunt messores. Ergo
colligunt zyzania etc. Et misit
hic ostenditur exauditio sanctorum et
impletio desiderii eorum. Unde dicitur
et misit qui sedebat super nubem
id est Christus ecclesie presidens ut victor
in dextera ut deus falcem suam in terram
id est exeruit potestatem iudiciariam
et messuit terram id est omnes homines
terre in unum locum quasi in aream
congregavit ad diiudicandum.
Unde Ioel iii^o. Congregabo om-
nes gentes que sub celo sunt et de-
ducam eas in valle Iosaphat
Genesis i. dicit deus Congregentur
aque omnes que sub celo sunt
in locum unum et appareat arida
id est terra et vocavit deus aridam terram
id est stabilem terram ab humore
noxio desiccatam. Congrega-
tiones quoque aquarum vocavit maria
id est inferni quia in inferno erit maxima
amaritudo. Amos iiii^o Per aper-
turas exibitis altera contra alteram
quia exibit anima de inferno
et corpus de sepulcro et ipsis coniuncte
proicientur in arvum quod interpretatur
hucham men id est infernum ubi erit
fletus et stridor dentium. Et alius

c. 14

angelus hic ondit Joh. qui sicut cum xpo
iudicabunt. Non tamen omnes sed illi qui
pro xpo omnia reliquerunt et secuti
sunt eum. Math. xix. dicit petrus ad
ihm. Ecce nos qui reliquimus omnia etc.
Ap. iii°. Qui vicerit dabo ei sedere
mecum in throno. Job xxxvi°.
Non saluat impios et iudicium
pauperibus tribuet. Isti enim se
iudicantes propter deum hominibus
subiciunt, et ideo potestas iudicandi
dei eis sicut cum xpo tribuetur. Dicit ergo
Et alius angelus i. superdictus cetus
sanctorum aliud habens officium exi-
uit de templo quod est in celo
i. de occulto in publicum venit
et qualis erat apud deum innotuit
habens et ipse sicut xpus falcem acutam
i. potestatem iudiciariam quia ex eius
potestate iudicabit. Sapie. iii°.
Iudicabunt nationes. Ysa. iii°.
Deus ad iudicium veniet cum
senibus populi sui. Et alius angelus
hic ondit iohes quod potestas iudi-
ciarie auctoritatis residens penes xpm
qui dedit sanctis suis ut et ipsi pos-
sint cum eo iudicare. Dicit ergo
Et alius angelus i. xpus alius a
sanctis quia super omnes est exiuit
de altari glorie i. tempore quo uult et ap-
paruit s. [...]
qui prius uilis ab infidelibus
fuit iudicatus. Io. a. dicit exiuit
de altari i. de loco sacerdotum
ubi neque pertingere potest quia si et alii
sancti sunt in templo dei, xpus tamen
in loco altaris et sacerdotum et
[illegible] ho. quia in gloria maiori.
Vnde dicit sedere ad dexteram dei
i. in potioribus bonis dei et
non potissime qui habebat po-
testatem sicut iudex deus super
ignem et aquam i. super penam eternam

infligendo eam cunctis reprobis secundum
exigentiam meritorum. Et clamauit
uoce magna i. auctoritate et potestate
imperandi. ad eum qui habebat
falcem acutam i. ad sanctos qui
habebant potestatem iudiciariam dicens
Et vindemia botros vinee
terre i. separa a bonis terre-
nos vino malicie inebriatos
quoniam mature sunt vue eius i. com-
pleta est malicia eorum et iam non
habet locum quia non potest amplius
bonos, tamen diu permittit deus
ex sua dispensatione regnare
malos quamdiu prosunt bonis.
Eccl. viii°. peccator ex eo quod cen-
ties facit malum et per patientiam sus-
tentatur, cognoui quod bonum erit
timentibus deum qui uerentur fa-
ciem eius. De hac vindemiatione
i. malorum separatione Math. xiii°.
exibunt angeli et separabunt etc.
Et misit hic ondit [...] sanctorum
quorum iustitia punientur i. pun-
iendi iudicabuntur mali et
ondit et ubi punientur s. in lacu.
Vnde dicit Et misit angelus i. sanctorum
cetus statim post imperium xpi misit
falcem suam in terram i. exercuit po-
testatem iudiciariam in terrenos
qui plus terram quam celum finaliter
amauerunt. Et vindemiauit vineam
terre i. separauit a bonis omnes
terrenos terrenis delectationibus
inebriatos. Et quod sic habet dicitur fieri
faciet sanctum in futuro iudicio non
per exercitationem operis quod est ange-
lorum ut patet Math. xiii° sed per appro-
bationem et assessionem et sua com-
passione ad malos qui in eis
legerunt ea que facere noluerunt et
debuerunt unde iudicabuntur.
Et misit in lacum ire dei magnum
s. in infernum ubi multi perpetuo

mitte falcem tuam acutam i. potestatem iudiciariam

27 ira dei sustinebunt qui dicitur lacus
propter profunditatem. Ysa. xxx. preparata
ab heri thophet a rege preparata
profunda et dilatata. Iste propter
miseriam que ibi est potest dici
me de lacu miserie. Dicitur magnus
propter capacitatem et quia magni sunt i.
et quia multos capit. Ysa. v.
Dilatavit infernus animam suam
et aperuit os suum. Ysa. xxiiii.
Visitabit dominus super militiam celi
i. super clericos militantes in ec-
clesia et super reges terre qui sunt super
terra i. super principes et prelatos
et congregabuntur in congregatione
unius fascis in lacum ad litteram
sicut fit in adventu alicuius
principis de novo ut de lege
lemovicensis in civitate sua mundantur
platee civitatis et proiciuntur sordes
in lacum et fossatas. Sic in adventu
domini purgabitur mundus a malis
et proicientur in infernum. Ysa. Ut lu-
tum platearum delebis eos. Ad
Ro. iiii. Per aptiuas exibitis
de sepulcris corporaliter et de inferno
anime in magis altam et profundam
in carnem quod intelligo. Zacharias
memor est et calcatus est lacus i.
calcatus compressit ab irectis sunt
mali in infernum. Et Apoc. xiiii. et ex
ectam et consortium eorum. Sed
et dicitur torcularia unum in
mundo alterum in purgatorio tertium
in inferno. De primo dicitur Ysa. lxiii.
Torcular calcavi solus. Trenorum
i. Calcavit dominus torcular
filie Syon. De secundo et tertio dicitur Joelis iii.
Plenum est torcular purgatorii
et exuberant torcularia inferni
quia multiplicata est malicia
corporum. Multiplicatio malicie
venialis inicitur in torcular
purgatorii. Multiplicatio ma-

licie mortalis reprobis torcularia 26
inferni. Duo primi non sunt ex pa-
uitate quia in tempore primi et paucique
quo ad primum et in utris extera
pertibus quo ad secundum. De his dicitur
bonum vinum quod portatur in cel-
larium paradysi. Tertium non ex cumulatione
est quia ut paciantur extera subsidia
valent eis qui ibi sunt sed in perpetuum
in mensura et cumulatione redunda-
bunt. Malachias iiii. Calcabitis
impios cum fuerint cinis sub
planta pedum vestrorum. Et exivit
sanguis de lacu i. pena in-
fernalis exuberavit usque ad
frenos equorum i. usque ad demo-
nes rectores iniquorum qui simul
eadem pena punientur cum iniquis
hominibus. Argumentum est hic quod demo-
nes non perierunt hominibus punitis
in inferno. Ad quod facit lectio Apostoli i.
Cor. xv. Cum evacuaverit
omnem principatum. Super quo dicit
Haymo. Dum durat mundus
angeli angelis, demones demo-
nibus presunt sed omnibus collatis
vita omnis prelatio cessabit.
Cum quidam dicunt quod demones
qui auctores fuerunt reproborum
in culpa erunt tortores corporis in pena.
Neque hoc est contra Haymonem quia ipse
non loquitur nisi de prelatione demonum
ad demones. Item per frenos equorum
intelliguntur prelati qui sunt rectores
subditorum qui sicut in culpa fuerunt
sicut in pena, ymmo magis
punientur prelati quam subditi quia
grauius peccant. Unde Sap. vi. Iudicium
durissimum hiis qui presunt
et qui male intrant in prelaturam
non per hostium sed aliunde i. ne-
carnaliter aut callide et
pecunia aperte armata. Durius
quia per quem ingressum male exponunt
Durissimum quia male vixerunt

tricesima

28

hec tñ tamq pb dieb ds ve-
nit gē i herēt i i platorn
eccē nō notati a te m. clīci
canonice Ecce mal9 ingressus
polluerut teplu sctm tuu
male viuedo. Ecce mala
uita pq ingressu. De quo dr
Jer. ij. induxi vos i terra car-
meli ut com. f. ē et ingressi
cōtaminast ea. posuit Jer. i
pomorn custo. i. i custodia
pueroz qui dnt custodie
poma. Naū iij. Custodes
tui q' locusta q totu toced.
z puuli tui q' locuste locus-
taz que poyg noret. vl po-
suerunt vlnit i po custo. i. ad
mo custodie pomoru
que custodiunt du poma st
ibi. Sz collectis pomis recedit
custodes z reliqunt domicu-
la custodie sola. Sic faciunt
clici pbendati qu diu fructus
colliguut z denari dant et
redditq distribuuntur sunt i
eccis. Sz fca distributioe ua-
dit quilz ad domestica ne-
gocia z relinqunt eccaz so-
la usq ad futuros fructus tūc
itm reuertur. Unde pu vij Uoc
uir i domo. i. canonicq ul p-
latq i ecca. Abijt uia longissi-
ma. i. a deo remota. Sacculum
pecunie secu tulit. i. redditus
suos. In die plene lune reuersu
i domu sua. i. i augusto qn
itm fiet distributio reddi-
tuu z diuisio pbendaru.
ysa. i. Ecce relinquetur filia syon
ut umbraculm rc. Ecce ph? q'
dr Exiuit sangi de la. usq ad
fre. Sumit lo duos f. humdatia
penaz i inferno z notitia ce-
lebrie p totu mundu lo. cu
pabolice sicut cu magnu
plurz magna strage hoim
alicubi fractet volq sive
solemq dicit tamq est ibi
sanguis effusus q eq nata-
bat i eo. Sic z hc loco volens
Joh diuina ulcionē i maloz
pena notificare dr corp
sanguinē usqz ad frenos
equoz ceuenisse. quod vr
expone ysa i fi. ubi dr Eg
dientur scti z uidebt cadauera
coz qui puaricati st i eos
z erit usqz ad saciete oi carni
uisionis hc usqz ad fre eqoz
... ut exibit sangis on-
f. usq ad noticia oium qui i
mundo st ul fuunt i vj etatib
mundi. Unde dr p stadia mc sexcenta
p mille stadia, mt totq
mundi i hatq p dc vj etates
Et nuto p mille stadia
totq mundq int qz mille
cotinet i se oms nros sit
mundq omns. Exiuit g° sang
de lacu usq ad f. p mc stadia
qz omib qui i mundo st pena
maloz notificata e. Vel sic
exiuit p vjc stadia qz nulla
etas fuit i qua hc ide n fuit
reuelatu. Cz at nos scin9 tre
dimsio sz z tpis longitudo
stadiu no ... testa ap9
Cor ix di Nescitis q hij
qui i stadio curr' rc. Sic
currite ut copr. i. tadiu rc
Glo. ali expo. dr q p sta-
intelliguntur omis qui subiti
st ludis z vanitatib seti
qui querut tm cona z glam i
puti z no i futo sicut ille q
bonne bn currut i stadio
stati recip' stadiu. i. i ipo
spacio cona sua corruptibile
ut dr ap9. Hoz at tastq na
terunda st mih exacitati z hij
sunt p vj. Alij magis exacitati
z hij p. C. alij st pfci z plene

ambitq

statu

tendatq

cupiditati et huius et hii per contrarium sunt.
Et omnibus secundum diversitatem statum
suorum reddere penam in inferno
et hoc est exivit sanguis in terra
de lacu usque ad frenos equorum
id est a minoribus usque ad maiores
omnes involvendo in peccatis et
malo mediocribus et mino-
ribus hoc est quod Ec. vi. Qualiter ego
se immisceret istis ludis quia qui fuit
socius ludorum erit et socius sup-
pliciorum. Ideo dicit psalmista Non sedi
cum consilio vanitatis et cum iniqua gerentibus etc.
Thobie iii dicit Sara Nunquam cum
ludentibus miscui me neque cum
hiis qui in levitate ambulant
participem me prebui. Jer. xv
Non sedi cum consilio ludentium
et gloriatus sum etc.
CXV Et vidi. Hic incipit quarta
visio extrema. Pretactis
visionibus invenit plurimum statum
ecclesie a nativitate Christi usque ad diem
iudicii sicut dictum est. Ista vero
ultima que hic incipit mo-
strat finalem statum ecclesie que
sic distinguitur. Hec prima est de
effusione vii phyalarum ire
dei et refertur ad tempus antichristi.
2a pars hac est de dampnatione ba-
bilonis et bestie et pseudo pro-
phete et refertur ad tempus iudicii.
Ultima est de gloria sanctorum et refertur
ad statum ecclesie post iudicium.
Prima visio est de vii angelis
effundentibus vii phialas ire
dei, per quarum effusionem intel-
ligitur denunciatio sive demonstratio
dampnationis malorum qui erunt
tempore antichristi. Est enim phiala
predicatio et phiala ire est predi-
catio comminatoria dampnationis
eterne de qua hic agitur. Phiala
vero vite est predicatio promissoria re-
munerationis eterne. De qua dicitur

Judicum v. In phiala principum ob- 2
tulit butirum. Et dicitur phiala
predicatio propter fidei significationem.
Est enim phiala clausa de-
orsum et aperta sursum. Sic pre-
dicatio interius ad celestia
et non ad terrena manifestatur
et in hac visione multiplex
dampnatio reproborum que erit tempore antichristi
et huius temporis. Primo per missionem
et hoc in principio capituli. 2o per predicationem
xvii capitulo. 3o per eam in xviii capitulo.
Denunciatio autem que fit in hoc capitulo
xv° per inspirationem duplex fit.
Primo quidem revelatur pena
reproborum ad quam agenda dono
postea revelatur ad documentum
tamen aliis ut et ipsi consolationem
habeant de vindicta malorum.
Dividitur autem capitulum in vii partes. In
prima ostenditur Johanni vii angeli ha-
bentes vii plagas novissimas
quas reprobi patientur sed non
boni. In 2a ostenditur canticum quod liberat
bonos ab istis plagis ibi et vidi
tamquam mare. In 3a ostenditur cantica
volunt malos in hiis plagis
ibi et post hec vidi. In 4a agitur de
predicatione vii angelorum anun-
tiantium vii plagas ibi et exi-
erunt vii angeli. In 5a ostenditur
quod ad hoc sunt ydonei predicti an-
geli ibi vestiti lapide mundo.
In 6a agitur de obstinatione
malorum ibi et repletum est
templum. Dicit ergo Et vidi aliud
signum glossa id est figuram ad sancte
goh. visio fuit ymaginaria
quod concedunt multi. Sed potest
dici quod Johannes primo vidit re signi
intellectuali visione et postea ostensa
est ei figura sub qua intelligeret
ea et scriberet. Et bene dicit aliud
signum quia hoc signum precedens fuit
pena malorum precipue in
in celo et in terra varie te

3 stellata et a terrenis elevata. Vel i celo i. i misterio verbis revelato magnum significatione et mirabile dignum admiratione. Propter vero argumentum magnum enim et mirabile est homines habere potestatem dampnandi alios. Idem dicit quod fuit id signum dicens angelos vij i. universos predicatores qui dicuntur angeli quia missi. Unde Ro. x. quomodo predicabunt nisi mittantur. Mt. x. Ecce ego mitto vos. Dicuntur autem vij propter vij virtutes scilicet theologicas et iiij or cardinales quas debent habere in se et aliis predicare. Vel propter vij dona spiritus sancti que sibi debent habere et predicare. Et hij vij angeli sunt per vij columpnas quibus tota ecclesia sustentatur. Unde prov. ix. Sapientia edificavit sibi domum excidit columnas septem. Hij vij columpne ... officio predicatoris. Septem plagas novissimas id est denunciantes universa mala quibus reprobi qui erunt tempore antichristi plagabuntur. Dicuntur novissime plage quia novissimi temporis homines hijs ferientur. Vel quia post illas non inferentur alie. Vel novissimas i. gravissimas quia illi gravissime punientur. Sic gravissime peccabunt. Quoniam in illis consummata est ira dei i. his plagis illis reprobis illatis non inferet deus amplius alias plagas mundo quia his consummatur et incipiet furor inferni. Glossa. Vel aliter hoc signum magnum et mirabile: medici ad curanda vulnera peccatorum debent portare unguenta suavissima i. verba consolativa ad sanandum. Non portant nisi gladios ad occidendum i. verba dura et mordentia. De quibus dicitur



Michee iij°. Hec dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum qui mordent dentibus suis et predicant pacem, et si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant super eum prelium. Prov. xxx. Generacio que pro dentibus gladios habet et commandit molaribus suis. Jer. ix. Sagitta vulnerans lingua eorum. De talibus dicitur Trenorum iiij. Nazarei eius meliores pre ceteris extimantur quam mel quia mordendo novimus. Et sic sunt predicatores satirici. Satiric ... loquitur dominus Ysa. iij°. Que atteritis populum meum et facies pauperum commolitis. De hijs Ezech. ix. Vj viri veniebant de via porte superioris que respicit ad aquilonem, et uniuscuiusque vas interitus in manu sua. Glossa. Et vidi. Hec est tercia pars cap. ubi ad consolacionem bonorum agit Joh. de canticis laudantibus ab hijs plagis que triplex est secundum triplicem statum electorum bonorum scilicet statum incipientium, et talibus vas. ... Qui non sunt in primo animo ... statum proficientium. Et canticum laudantis est sanitas fidei quod notatur per hec quod dicitur vicerunt fide cum dyabolo resistitur. Joh. v°. Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Ymo fide vincuntur omnia desiderata mundi scilicet divicie delicie honores. Unde Hebr. xj. Fide moyses grandis factus negavit se esse filium filie pharaonis, maiores divicias existimans thesauro egyptiorum improperium christi. Divicias magis eligens affligi cum populo dei quam delicias. Statum perfectorum cantica laudantibus est prerogativa maior (operum) carnis per mortificacionem quod notatur per cytharas. Sed qui autem que hic agit Joh. de canticis laudantibus

t.

... temporalium pecc... tenendi ... laudat.

Margin (left): onus; auctor; ...

a plagis istis. Solo ad honorem
consolonis quos non tangent
Non enim erunt vlcus id est plage
sed ipse malorum etc. Item ut hec
tanta qui liberantur ab hiis plagis
caritatem amplectantur. Et ego
et vidi spiritu reuelante quasi expo-
situm mare vitreum factum ad
lauandum faciem id est baptismum per
mare designatum sicut dicitur mare
lauatorium vitreum factum ad
lauandum faciem vel ecce solebat
specula mulierum ad videndum
si macula aliqua esset in facie
sicut mare accipiatur ipse per
aquarum congregatione. Vnde sicut
in lauatorio lauatur facies et
clara et munda efficitur sic et in
mari rubro submersi sunt pharao-
niste. Sic in baptismo merguntur et
destruuntur peccata et anima puru et
lucida et lucis receptiue id est gratie
efficitur, quod notatur in vitro quod
est lucidum et lucis solaris recep-
tiuum. Mixtum igne id est spiritu sancto
qui datur in baptismo. Hic tanguntur
tria que fiunt in baptismo. Primum est
peccatorum remissio sicut mundatio
et hoc notatur per mare sicut dictum est.
Secundum est caracteris impressio quod
notatur per vitrum. Est enim caracter
quedam dispositio anime mentem
qua anima est propria gratie de lucis.
Tertium est gratie collatio quod notatur per
ignis mixtionem. Et non tamen
sunt tres baptismi scilicet flaminis
sanguinis et fluminis. Hic ultimus
solus habet hec tria. Alia duo primum ca-
racterem non imprimunt. Et
eos qui vicerunt bestiam id est
antichristum mulcere dyabolum nolentes
credere eius mirabilibus neque flecti
promissis neque terreri minis et yma-
gine illius vicerunt scilicet nolentes

sic in baptismo lauatur anima et clara et munda efficitur

conformari vite illius. Vel per yma-
ginem notat statuam antichristi
quam noluerunt id est nolent adorare.
Vel forte per ymaginem dicit predi-
catores et principes antichristi qui
ei per omnia conformabunt se
quos scilicet sancti vincent nullo
acquiescentes eis neque abstracti
diuiciis neque illecti deliciis
neque seducti blandiciis neque
fracti verberibus neque territi minis.
Et hic tangitur secunda talibus vinces
fidei. Per fidem homo vincit
secundum Hebreorum xi. Sancti per fidem vicerunt.
Augustinus: qui habet veram fidem non
quamvis in hiis miseriis diuiciis sit.
Et numerum nominis eius vicerunt scilicet
id est vincent quia licet per nomen quod sibi
imponet velit antichristus videri
et estimari deus tamen ipsi per nomen
hominem cognoscent et sui nullo
impedient. De hoc dictum est
xiii°. Numerus nominis etc. Stantes
super mare vitreum glosa id est gratia
baptismi integrum seruantes. De
quo dictum est xiiii°. Hii sunt qui cum
mulieribus non sunt etc. glosa id est mundi
a sordibus non coinquinati vir-
gines enim sunt id est mundi et integri.
Vel stantes super mare id est mundum
concupiscendo conculcantes secundum quod
dicitur Io. xvi. Confidite
quia ego vici mundum. Glosa: stantes
conculcando. Vnde Mathei xiiii°
venit Iesus ad eos ambulans
super mare. Sic veniet ad eos
per spiritum sanctum doctores calcare mundum.
Deuteronomii xi. Omnis locus quem cal-
cauerit pes tuus. Vel stantes super mare
id est per persecuciones tribulationum
temptationum amaritudines
superantes non fracti ulterius
vocati carnis multitudinem claritu-
dine. Tales fuerunt apostoli etc.
Vnde ii Cor. vi°: In omnibus exhibeamus

11 dei et h respiciat hec eu dr dus
Se. Iuste et ure sunt uie tue i.
opa tua uel mandata tua
uel bnficia tua uel flagella
tua. quiq tu uenis ad nos
et nos ad te. Iuste quid qr uel
p merito reddis seu pena seu gla.
ps tu reddes uni uniq opa s
ps rum uie do mia et uerit
Rex seclorum .i. rector omn qui se
culi sunt uel fuit. Vel rex seclorum
.i. ordinator tpm. Quis non time
bit te due glo .i. quis non tr ex
timore seruili uel tr de timore
filiali. ps Seruite dno in timore
Et te quis non timebit te due .i.
quis non cessabit a malo ex
timore tuo. pu. xv. p timore
dni declinat ois a malo. It
quis non timebit te due quo
reuerebitur te due. Sunt aut
octo gna timoris. Primus est timor
naturalis qui est fuga disconuenie
tis nre. De quo dr gen. ix.
Terror uester ac tremor sit sup
uniuersa animancia terre. Hoc timore
timuit xpc mortem. Ma. xiiij.
Cepit ihc pauere et tedere. 2us est
timor humanus quo aia gnaminia
timemus qui dr ee in frugi timor
rem nc tal e qui exceditet e
pctm. hc timore timuerunt obste
trices mrm ppter quod mentite sunt
Exo. i. 3us est timor mundanus quo
nimis timetur amissio reru
mundanarum et temporalium sicut
humang rnanal uidrunt de
hc timore mundano dr in ps Illic
trepidauerunt timore ubi non erat timor. Et hic timor
fuit in iudeis qui io. xi. occidunt
qr gentes et regnum amittere
timuerunt. Jo. xi. 4us est timor
seruilis quo tantum timetur pena.
tm. timore pene cessat a peccatis
vn Aug. Qui timet seruiliter
regnat in eo peccandi uoluntas
et sequitur opus si speraret impuni
tas. hic est a spu sco et de hoc dr

Joh. iiij. pfecta caritas foras mit 12
tit. 5us est timor inicialis quo pti
timore pene pti amore iusti
cie declinat a malo. De hoc i
dr Eccli. i. Inicium sapiencie do
6us est timor separacionis quo qm
timore separandi a pre decli
nat a peccato licet nulla pena tunc
De quo Eccli. xv. Qui timet
dm faciet bona. 7us est timor
offensionis quo licet nec pena nec
separacio timeatur tamen puer ne
offendat sponsum declinat a
malo. de quo ps Beatus uir qui
timet dnm. 8us est timor reuerencie
quo sola reuerencia timetur ma
iestatis. ysa. xi. Replebitur eum
spus timoris dni. hic solus est in pria
ps Timor dni scus pmanet in sec
hic timor facit hoiem resilire a
sua puitate agita maiestate
diuina et exaltatur et magnificatur
deus in se. Et magnificabit
nomen tuum repete quis non
magnificabit nomen tuum cre
dendo predicando operando ps
Magnificate dnm mecum. luc. i.
Magnificat aia mea dnm. Eccli. xliij.
Benedicentes dnm exaltate ipm
quantum potestis. maior enim est
omni laude. Et ut omnes diut
te timeant et magnificent. Quia
solus pius es glo qr gratis saluas
vn ps Saluum me fecit qm uoluisti me.
Sap. xi. Parcis omnibus qm tua sunt
dne. Quia amas aias Sed ri
q non assignet bona causam
quare debeat timeri qr seueritas
duorum principum magis timetur
quam pietas. Solo hic agitur de
timore reuerencie uel separacionis
qui est ratione pietatis diuine. timor non
simul magis exercitur seueritas dei
et hec appr pietas tua. Quia
omnes gentes .i. aliqui de omnibus
ut fiat distribucio p generibus
singulorum non p singulis generum
uenient passibus fidei et bonorum
operum offidees ei sed operibus mortua

tior inl x

9 gustatū affert mortē. ps. hoc
depascet eos. Ge. xlix. Habentes
cytharas dꝫ i. carnis mortifica-
tionē. Itē mādatū et precep~ ...
qui primo mortificat carnē suā
vigilādo ieiunādo discrētdo
ad ultimū dormiendo. i. moriendo
peccatum ut pr~ dn~i assumptū. plu-
raliter dꝫ cytharas q2 plurib~ modis
fit mortificatio carnis. s. ie-
iuniis. vñ Jo. Nō sanat oculū
qui sanat calcaneū. Ieiunio
sanant~ pestes corporis. oratione
pestes mentis. Itē vigiliis. vñ
Eccli xxxi. Vigilia honestatis
ta. c. Itē disciplinis. Eccli. xxx.
Cibaria et virga et onus asino. it~
Itē tibi ne deficiat disciplina
ne lasciviat. opus ut perficiat.
Itē meditationib~. Eccli. xii. fre-
quens meditatio carnis ē af-
flictio. Ieo. Ama studiū litterarū
et carnis vicia nō amabis.
Itē opib~ et laborib~ assiduis.
Eccli. xxxiii. Iugū et lorū cur-
vant collū et servū inclinant
operationes assidue. p hec omnia
mortificabat apls carnē suā
vñ dꝫ i. Cor. ix. Castigo corpus
meum et c. Ad hoc ut cythara bene
sonet oportet q~ oīs corde pro or-
dine tangant~. Sic ad hoc q~
prima sive carnis mortificatio
valeat oportet q~ omnia membra corporis
que peccaverūt puniant~ iuxta illud
Sap. xi. p q~ peccat quis per hec et torq~.
vñ dꝫ apls Rō. vi. Sicut exhi-
buistis membra vr~a servire ic~
Ysa. xvi. Sume cytharā circu-
i civitatē et c. Deo hoc satis dicitur ē Ys.
xxiii. q2 cytharedor~. Itē plura-
liter dꝫ cytharas q2 tres sunt cythare
quas debent hēre predicatores. aliās nō
bene cytharizabit. prima ē carnis
mortificatio. Eccli. xxxiv.

Confitemini dn~o in voce labiorum
nostrorum in canticis et in cytharis. i. in
confessione et oratione in carnis mor-
tificatione. 2a ē cordis compassio.
Ysa. xvi. Venter meus ad moab
i. ad peccatores q2 cythara sonabit.
3a ē oris predicatio. Ysa. xxiii.
Cessavit dulcedo cythare. Iob
xxx. Cythara mea versa ē in luctū.
Prima tot cordas hēt quot peccata
commisit ut quot membris peccavit.
2a tot hēt quot sunt miserie proximorum.
3a x. hēt cordas q2 quadruplex ē
predicatio. s. hystorica. allegorica.
tropologica et anagogica. hēt
altissimū sonum q2 tm de celestib~
et de divinis. Cantantes canticū
moysi servi dei. i. cū gaudio predi-
cantes concordiam utriusque testamenti
quod canticū ē bene intelligentibus.
Exo. xv. Cantemus dn~o glo-
Itē cantantes canticū moysi glo. i.
cū gaudio adimplentes precepta
veteris testamenti et canticū agni i.
facientes et opere adimplentes cū
gaudio precepta novi testamenti. ps.
Confitemini deo in cythara. et c.
dicentes corde ore et opere Magna
et mirabilia sunt opera tua dn~e. opera
magna quidē in creatione. mira-
bilia in recreatione. Itē magna quantitate
tanta dicitur quū discreta. mirabilia
spē et proprietate. Iob v. qui facit
magna et inscrutabilia et mirabilia
absque numero. Sap. xiii. A magni-
tudine speciei et creature poterit et c.
Sunt enim tres codices creature
mundi. ex quibus potest cognosci
creator per triplicem codicem s. quan-
titatem creaturarum exponit. Nam ex magnitu-
dine creature potest cognosci potentia que patri
appropriatur et hoc respicit quod dicitur opera.
Ex pulcritudine potest cognosci sapientia
que filio appropriatur et hoc respicit hec
cum dicitur decus. qui dicitur artifex q~
ē in eodem. Ex usu seu utilitate
potest cognosci bonitas seu benignitas

carnis mortificatio / cythara predicator

corporis cantoris et cantus

11 dei et hec respicit hec cum dicitur dominus
Sequitur Juste et vere sunt vie tue id est
opera tua vel mandata tua
vel beneficia tua vel flagella
tua quibus tu venis ad nos
et nos ad te Juste quidem quia veritas
pro merito redditur seu pene seu gloria
ps tu reddes vnicuique secundum opera sua
ps vniuerse vie domini misericordia et veritas
Rex seculorum id est rector omnium qui in se
culis sunt vel fuerunt. Vel rex seculorum
id est ordinator temporum. Quis non time
bit te domine glossa id est quibus non est ex
timore seruili vt de timore
filiali ps Seruite domino in timore
Et te quibus non timebunt te domine id est
quibus non cessabunt a malo ex
timore tuo prouerbiorum xv per timorem
domini declinat omnis a malo. Item
quibus non timebunt te domine quia non
venerabunt te domine. Sunt autem
octo genera timoris primus est timor
naturalis qui est fuga disconuenien
tis nature. De quo dicitur genesis ix°
Terror vester ac tremor sit super
vniuersa animancia terre hoc timore
timuit xpistus prope mortem marci xiiii°
Cepit ihesus pauere et tedere 2us est
timor humanus quo omnia genera anima
cium quibus dicitur esse insitus timor
ne nature tale est quod excedit et est
peccatum hoc timore timuerunt obste
trices magnum propter quod mentite sunt
Exo i° 3us est timor mundanus quo
hominibus timetur amissio rerum
mundanarum et est inutilis sicut
humanus naturalis inductus est de
hoc timore mundano dicitur in ps Illic
trepidauerunt timore vbi non erat timor et hic timor
fuit in iudeis quando xpistum occiderunt
quia gentes et regnum amittere
timuerunt Jo xi 4us est timor
seruilis quo tantum timetur pena
tum timore pene cessatur a peccatis
Vnde augustinus Qui timet seruiliter
regnat in eo peccandi voluntas
et sequeretur opus si speraret impuni
tas hic non est a spiritu sancto et de hoc dicitur
non

Johannis iiii° perfecta caritas foras mittit 12
timorem 5us est timor inicialis quo parti
timore pene parti amore iusti
cie declinatur a malo. De hoc i
dicitur Ecclesiastici i inicium sapientie timor domini
6us est timor separabilis quo tantum
timore separandi a patre decli
natur a peccato licet nulla pena timeatur
De quo Ecclesiastici xv Qui timet
deum faciet bona 7us est timor
offensionis quo licet nec pena nec
separacio timeatur tamen puer ne puer
offendatur sponsus declinatur a
malo. De quo ps Beatus vir qui
timet dominum 8us est timor reuerencie
quo sola reuerencia timetur ma
iestatis ysaie xi Replebit eum
spiritus timoris domini hic solus est in patria
ps Timor domini sanctus permanet in seculum seculi
hic timor facit hominem resilire a
sua prauitate ad tantam maiestatem respecta
diuinam et exaltare et magnificare
deum vnde sequitur Et magnificabit
nomen tuum Repete quis non
magnificabit nomen tuum cre
dendo predicando operando ps
Magnificate dominum mecum luce i
Magnificat anima mea dominum. Ecclesiastici xliii°
Benedicentes dominum exaltate illum
quantum potestis maior enim est
omni laude. Et ne omnibus dicet
te timeri et magnificari Quia
solus pius es glossa quia gratis saluas
vnde ps Saluum me fecit quia voluisti me
Sap xi parces omnibus quoniam tua sunt
domine. Quia amas omnia. Sed videtur
quod non assignet bonam causam
quare debeat timeri quia seueritas et
duricia principis magis timetur
quam pietas. Solo hic agitur de
timore reuerencie vel separacionis
qui est respectu pii domini timor non
seruilis magis est respectu seueri domini
et hoc apparet pietas tua. Quia
omnes gentes id est aliqui de omnibus
ut fiat distribucio pro generibus
singulorum non pro singulis generum
venient passibus fidei et bonorum
operum quia fides ei sine operibus mortua

tior ulti x

13 Iaco. ii° et sine illa nemo venit ad
dominum. Item opera sine fide sunt sicut
cursus extra viam ut dicit Aug.
et ideo sine ea nemo venit ad
dominum. Unde oportet qui vult venire
ad dominum quod fide et opere ad eum
veniat. Et adorabit adoratione
latrie. Hec est in spiritu et veritate ut
dicit glossa. In conspectu tuo glossa id est
in beneplacito tuo quia talis adoratio
placet deo et facit placere deo
adorantes sic. Item in conspectu
tuo id est ut te conspiciat et tu
eos. Et verenda adorandus timendus
et magnificandus es. Quoniam iudicia
tua manifesta sunt. Glossa id est quoniam re-
velata sunt misteria crucis in qua
deus habitat, et illis qui ad honorem
dei militant. Vel iudicia tua
quibus bonos eligis et malos
reprobas quibus hos flagellas
et humilias in presenti et illos honoras
et ditas in presenti. Item iudicia tua
discretionibus disceptationibus
et diffinitionibus manifesta sunt tam
bonis quam malis id est [illegible] quia omnes
sciunt quod omnia iuste fecisti.
Unde Deut. xxxii. Date mag-
nificentiam deo nostro etc. Ex quo dicit
eorum iudicia dei sunt manifesta
cum dicat apostolus Ro. xi. O alti-
tudo divitiarum sapientie etc. quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius abyssus multa. Solutio licet dicta est
et cetera. Vel potest dici multiplex
est iudicium dei. Est enim iudicium
singulare et iudicium universale.
Iudicium singulare dicitur quo deus sine
merito hunc eligit et illum reprobat
ut patet in Iacob et Esau. Item quo
unum facit divitem et alium pauperem
vel unum sanum, alium infirmum, alium se-
[illegible], vel unum pulcrum, alium
turpem, ex causa vel alia facit deus,
que omnia sunt ignota nobis. Unde Iob v.
[illegible]. Et plan-
[illegible]

Nota dei p[ro]sta sunt opera et obvie eius iudicia

Hec omnia iudicia manifesta sunt
in suo actu quo exeunt,
quia omnibus patet quod ita sit, sed occulta
sunt in causa sua ex qua exeunt
quia incertum est omnibus quare ita
fiat. Unde etiam dicit Iob sciebat
se puniri sed tamen pro quibus ig-
norabat. Unde dicebat x° c°.
De hiis quoque apostolus iudiciis dicit
quod incomprehensibilia sunt. Et David
quod sunt abyssus multa quo ad eorum causas
cognitionem que penitus ignota
est in mundo. Hec unde dicit quod sunt manifesta
quo ad exitus evidentiam quia
omnibus notum est quod ita est. Item
iudicium universale est triplex. Primum discre-
tionis quo deus iudicabit in
futuro separando malos a bonis
collocando bonos ad dexteram
suam, malos ad sinistram suam
ut dicit Math. xxv°. De hoc iudicio
dicitur in ps. Iudica me deus et dis-
cerne causam meam. Secundum est iudicium dis-
ceptationis quo post dicet bonis
Esurivi etc. et postea malis Esu-
rivi etc. Math. xxv. Et de hoc
iudicio dicitur Ioel iii°. Adducam
omnes gentes in valle Iozaphat
et ibi disceptabo cum eis.
Tertium est iudicium diffinitionis quo
hoc facto dabit sententiam de bonis
et malis. Ite maledicti et venite
benedicti Math. xxv. Et de hoc
iudicio dicitur in ps. Rectum iudi-
cium. ps. Iudicia domini vera. Hec
omnia modo manifesta sunt in causa quia
manifestum est quod omnes secundum exigentiam
operum suorum iudicabuntur sed
ignota sunt in exitu eorum quia nescitur
ad hoc quis sit hic vel ille. Unde quo
ad exitum eorum loquitur apostolus cum dicit
iudicia dei incomprehensibilia
et David filius quando dicit abyssus
multa. Iob autem hic loquitur quo ad
causam unde sit exitus quia manifesta est
in igne [illegible] etc. et [illegible]

Iudicium multiplex

14 Hec etiam pars capituli ponens
in plagis potius vii glo. Cum os-
tendisset Ioh. illos angelos habere
potestatem plagandi, dicturus quas
plagas illis sit illaturus, premit sup-
ponit templum qua ostendit illos
dignos esse qui plagas sunt
passuri, scilicet quia omnia misteria sunt
revelata omnibus qui volunt
intrare que isti malo merito suo
non possunt intelligere et ideo merito
plagabuntur. Dicit ergo post hec que dicta
sunt, vidi id est consideravi revelante
christo spiritu et ecce apertum est tem-
plum tabernaculi testimonii in
celo. Templum vocat hic
Ioh. cetum apostolicum, unde i.
Cor. iii. templum sanctum tha-
bernaculum testimonii vocat
etiam quia in eo militat dominus in
qua habitat christus et milites eius
in qua et arma. milites christi
armis induuntur doctrinarum sa-
cramentorum, exemplorum sanctorum,
divinorum beneficiorum. De quibus
armis ii. Cor. vi. In omnibus
exhibeamus nosmetipsos sicut dei mi-
nistros et postea addit per ar-
ma iustitie. Et dicitur tabernacula
testimonii quia christo prebuit fidele
testimonium vivendo, docendo et
moriendo, vel quia utriusque testa-
menti testimonia fideliter servat. Unde
dicitur etiam per ps. Testimonia tua in-
me. et cetera testi tui. Non declinavi
ps. inclina cor meum in testimonia tua.
Vel quia multos testes pro christo pro-
duxit in ecclesia qui martires
qui moriendo testimonium dederunt
pro fide et ideo moriuntur. Martires
enim interpretantur testes. Unde quot sunt
vel fuerunt in ecclesia martires,
tot produxit ecclesia pro ipso tes-
tes. Unde Ysa. xliii. Testes
mei dicit dominus. Celum dicit etiam

triumphante cuius status nos-
tro celatur, unde Ysa. lxiiii.
Oculus non vidit deus absque te
que preparasti. In hoc celo habitabat
apostolus mente et cum in terra conti-
neretur corpore, unde phil. iii. Nostra con-
versatio in celis est. Templum quoque
tabernaculi testimonii apertum
fuit in celo quia sacra et misteria
esse et testimonia scripturarum et bona
celestia post per apostolos ceperunt
mundo predicari, et hoc est quod dicitur
apertum est templum in celo id est revelata sunt
misteria esse et secreta celi per
apostolorum predicationem. Item per tem-
plum intelligitur christi corpus, unde Io. ii.
Solvite templum hoc. Tabernaculum testimonii dicitur sacra
scriptura que tot continet testi-
monia quot habet verba, unde super
per montem Galaad quod interpretatur acervus
testimonii, ut dicitur
Gen. xxxi. Unde tabernaculum
est christus continens in se testi-
monia utriusque testamenti et dicitur ea continere
et quia scit omnia et quia deposuit sunt
omnia per celum autem significatur etiam quod
dicitur celum id est casa electos id est do-
mus dei, super hoc dicitur est supra. Et
apertum est templum tabernaculi testimonii in celo id est no-
titia christi manifestata est mundo.
Et exierunt vii angeli
id est universi predicatores septi-
formi gratia spiritus sancti redundantes
et vii vitia per vii virtutes
quos predicant extirpantes
habentes vii plagas id est penam
pro vii peccatis predicantes vel pe-
nam eternam impenitentibus commina-
tes. Vel vii plagas vocat
septem auctoritates quasi quasdam
sagittas plagantes a peccatoribus parvos.
Unde ps. Sagitte parvulorum id est
humilium pastorum facte sunt plage
eorum. Ysa. xlix. [illegible]

Alr

vel secundum alios spirituales que erunt plage et exercitio infidelium.

17

super vos medos qui argentum non querunt etc. Et determinat
unde exierunt dicens: De templo i.
a Christo a quo missi sunt, vel de
templo i. de cetu apostolorum a
quo omnes predicatores originem
duxerunt et qui sub temporibus predicti
fuerunt ab illis didicerunt. Vesti-
ti lapide mundo et candido
i. firmitate fidei et patientie, munda
ab omni peccato, candida omni
virtute. Sic enim dicuntur esse vestiti
fide et patientia firma quibus bene
patientes erunt. Proverbiorum xix. Doc-
trina viri per patientiam noscitur.
Ezechielis iii. Ut adamantem et ut
silicem dedi faciem tuam. Ada-
mas ferrum attrahit, silex ictum
repellit vel non sentit. Sic
predicator per fidem debet attrahere
peccatores et per patientiam repellere
a se ut non sentiat ictus tribula-
tionum. Dicuntur esse mundi per declina-
tionem mali et candidi per operationem
boni. Et hoc vestitu dicuntur hic pre-
dicatores et prelati. Unde Ysaie iii.
Vestimentum tibi est, princeps esto
noster. Respondit: Non sum medicus
et in domo mea non est panis neque vestimentum, nolite
constituere me principem populi. Et sic sine dubio qui
habet in domo sua panem doctrine
et vestitum virtutum et patientie
maxime et iustitie [illegible] debet
preesse, scilicet declinatione mali et
opere boni debet constitui. Unde
Job xxix. Iustitia indutus sum
et vestivi me sicut vestimento.
Psalmus: Sacerdotes tui induantur iustitiam.
Ecclesiastici l. Symeon quasi vas auri
solidum ornatum omni lapide pretioso. Et
precincti circa pectora zonis aureis
i. mundis cogitationibus et sanctis
desideriis que tegunt cor et corpus
a fluxu malarum cogitationum
seu carnalium affectionum. Istas

Haymo: Per zonam qua precingebantur pectora vinculum castitatis ostendit. Et sic per hoc quod in novo testamento non solum opus libidinis restringendum est sed etiam immunda cogitatio mentis. Vel per zona aurea vinculum caritatis intelligitur, quia sancti non timore penali sed per caritatem se vincire solo dei amore stringunt.

[Left margin:] vel vestiti i. muniti Christo qui eos fecit esse lapides fortes ad splendorem officii sui mundos a vitiis candidos in virtutibus.

[Left margin:] precincti etc. i. in se ipsis restrinxerant et in aliis restringendas docebant superfluas cogitationes que veniunt per pectora et hoc zonis aureis i. divinis preceptis.

18

zonas dicuntur hic predicatores et
prelati. Sed multi habent zonas
luteas quia habent cogitationes
carnales et desideria terrena.
Unde Ysaie iii. Erit pro zona funiculus
i. pro cogitatione celestium cogi-
tatio terrestrium, pro crispanti
crine calvitium et pro ornatu vir-
tutum denudatio vitiorum
et mentis evagatio ad atria vel
pro suavi odore fetor i. pro de-
sideriis eternorum ambitio terrenorum.
Aurea autem dicuntur zone pectorum
quia cogitationes et desideria eorum
dicuntur fabricata auro caritatis quia
circa amorem dei et proximi versantur
eorum cogitationes et desideria
eorum. Sequitur visio vi per expansione[m] exponet
contactum alarum cherubin. Unde
ibi dicitur: posuit Salomon
cherubin in medio templi interioris;
extendebant autem alas suas
cherubin et tangebat ala
una parietem alterius et ala che-
rub secundi parietem alterius. Ale autem
altere in medio templi se invicem
contingebant. Et non quoque dicuntur
precincti per quod omnes qui ministri non
sunt dicuntur esse pectores et prelati. [Right margin: precincti [illegible]]
Illa accinguntur pugnaturi,
succinguntur ituri, precinguntur
ministraturi. Ideo dicitur Luce xii.
Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes,
quasi dicat: illuminate alios qui ministri
portatis ante eos lucernas
i. doctrinam verbi et exempli. Job xii.
Balteum regum dissolvit, pre-
cingit fune renes eorum. Johannis
xiii. Cum accepisset linteum
precinxit se. Et ecce officium
implevit ministri et postea
dicit: Exemplum dedi vobis ut et vos.
Ideo dicit apostolus i Cor. iiii. Sic
nos existimet homo ut ministros Christi.
Sequitur: Et unum de iiii animalibus i.
concordia et unitas iiii evangeliorum.
De vii angelis i. predicatoribus universis

c 17

vel : i. corda lata i. caritate dei ad precepta exequenda efficacia.

19 vii phialas aureas i. sacre scripture
universas intelligentias que dicuntur
phiale quia clause sunt in fide et
aperte sursum. Et dicuntur auree propter
sapientiam caritatis quam continent.
Unde significantur per ciphos aureos
salomonis. De quibus dicitur Eccle.
ii. Feci cyphos et urceolos
aureos in ministerio ad vina fun-
denda. plenas iracundie dei
qua plene commina[tionibus] pro peccatoribus
effundenda. Unde post Effunde
iracundiam. Eccli. xxxvi. excita
furorem et effunde iram. Dei dico vi-
ventis in secula seculorum i. eterni.
De quo notatur post punitionis quia
potest punire per omne tempus. q. d. quicquid
loquuntur predicatores de penis infli-
gendis malis ad doctrinam mo-
rum ostenditur. Ex quo patet quod sunt apti ad
predicandum et digni ut eis per
omnia credatur. Sed tamen dicuntur
phiale auree i. caritatis sapientie
plene quod postea dicitur ple-
ne iracundie dei. Solo verba
sacre scripture plena sunt caritate
ad quam notantur peccatoribus et ple-
na sunt ira dei a qua revocantur.
Sequitur. Et impletum est Septa pe
tapli. i. ubi omnis obstinatio rep-
roborum que ex hoc potest perpendi. quia
sensus erunt apta divina iudicia
que ipsi timebunt et scripture
secreta que credent et eterne
mysteria que revelabuntur reprob-
is erunt omnia clausa propter
iniquitatem et infidelitatem eorum. Unde
dicitur et impletum est templum i. ecclesia
vel scriptura fumo i. obscuritate et
ignorantia quo ad malos qui vi-
debunt mysteria eterne sacre scripture
et iudicia dei que erunt bonis
apta quod erit a divina virtute
sic nisi non sua et iusticia faci[?].

vel neo possit perscrutari subtilitate intellectorum oppositis dei. Vel tempore antichristi. neo qui sequuntur fuit cum per fide et perma[?] gentes ad ecclesiam sed post mortem eius plures gentes in dei.

Unde sequitur. a maiestate dei i. a virtute 20
dei. hec iuste et misericorditer
disponente. Unde sequitur. et de virtute
eius et potestate. Sic est maiestas dei quo
ad revelationem bonorum virtus quo
ad clausionem malorum. Unde Ysa.
xxii. Dabo clavem domus david et
aperiet quo ad bonos. claudet
quo ad malos. Et hoc est quod dicitur
supra iii. hec dicit qui habet clavem david.
et nemo de numero reproborum po-
terat introire in templum i. ec-
clesiam per fidei susceptionem vel in
sacram scripturam per veram intelli[gentiam].
Excecavit enim eos malicia
egressa est de Babilone a
senioribus iudicibus qui de-
buerunt regere populum. Et hec est
Babilon magna id est magnatorum
congregatio confusa mater for-
nicationum et abhominationum
terre / glosa David exemplum facit
perita Osee v. Audite sacerdo-
tes et attendite domus Israel
et domus regis auscultate et
auscultate quia vobis iudicium
est quia laqueus facti estis speculationi
et sic rete expansum super Thabor

8 quod mesopotamia lucem veniens;
Unde autem debebat venire lumen
inde veniet fumus. Glossa. Cum
pastor per abrupta viciorum
graditur necesse est ut in precipicium
grex sequatur. Sequitur: Et vidi mulierem
id est mundanam vanitatem vigore
virtutum emollientem, vel mulierem
id est malorum congregacionem
mollia diligentem non rigorem
habentem. Ebriam de sanguine sanctorum
id est sicientem mortem sanctorum et repletam
de sanguine martirum
Ihesu id est illorum qui sine timore
testificantur Ihesum esse filium dei
et dominum suum. Vel per sanctos possunt
accipi illi qui ante adventum Christi
fuerunt occisi ut Abel, Zacharias
filius Barachie et multi
alii. De quibus dicitur iiii Regum xxi:
Sanguinem innoxium fudit Ma-
nasses multum nimis donec
impleret Ierusalem usque ad os. Mt
xxiii: Ecce ego mitto ad
vos prophetas et sapientes et scribas et
ex illis occidetis et crucifigetis ut veniat
super vos omnis sanguis iustus
qui effusus est super terram a sanguine
Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie
filii Barachie. Per martires Ihesu accipiuntur
sancti qui post adventum Christi propter fidem
eius et testimonium sunt occisi ut
beatus Stephanus, Petrus, Paulus,
Laurencius et multi alii de quibus
dicitur Hebr. xi: Lapidati sunt, secti
sunt, in occisione gladii mortui sunt.
Et bene dicitur ebria multo de
sanguine sanctorum, quia sicut ebrius
tum multum bibit et nullum ha-
beat nocumentum, tamen appetitum non
amittit. Sic mali et si multos
occiderent non tamen occidendi
habent tamen desiderium perfecte habent.
Et miratus sum etc. Post capitula
ubi post intellectualis expositionis
ymaginarie visionis superius

posite. Unde hic ostenditur Iohanni dampnacio 9
meretricis magne. Qua visa dicit
se mirari Iohannes propter magnitudinem
dampnacionis et punicionis. Sed
queritur quare miratur Iohannes cum ipse
sciat tam dampnacionis meretricis.
Solo tamen verum sciebat et
quod esset digna meretrix magna dampnacione
tamen quod tanta esset pena eius
nesciebat. Vel potest dici sicut dicit
Glossa quod sanctus Iohannes loquitur hic in persona eorum
qui vident malos hic in mundo
exaltari et prosperari, mirantur
cum audiunt penas quibus dominus
impiis minatur. Et cum ita sit punire
eundem quare deus permittit ita eos
exaltari. Sed per hoc dicitur magis
iustam esse eorum dampnacionem
qui de bonis sibi collatis a deo
ipsum impugnaverunt. Unde dicitur
Iac. i°: Omne gaudium existima-
te fratres. Dicit glossa: Ne indignemini
si mali in mundo florent et vos
patimini quia non est dare religi-
bonis in temporalibus exaltari
sed potius de premio eternali non habent
in celo et vos non in mundo. Ideo
quia gaudium iam accipit spe illius boni
ad quod tenditur gaudendum de-
betis. Eandem admiracionem ha-
bebat Iere. xii loquens sic: Quare
via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui pre-
varicantur et inique agunt. Et
Abac. i°: Quare respicis contemptores
et taces conculcante impio
iustiorem se. Dicit ergo Iohannes: Et miratus
sum cum vidissem illam meretricem
sic primo exaltatam et postea
sic conculcatam admiracione
magna de tam subita et mira
mutacione. Sap. v: Videntes
turbabuntur timore horribili et
mirabuntur in subitacione inspera-
te salutis. Et dixit michi angelus:
Quare miraris? quasi dicat si attenderis

10 inuestigac͡es sine admiratione
cognosces q iusto dei iudicio
punient eternalr impij q̄rs
omittur tpalr pspari. Sz
quer tā e ut pctm tpale pena
puniat etnā. Qz q̄ ho pctāt
i suo etno ideo deq puniet ipm
i suo etno. Vn qz ho noluit
facē sine suo pcto nec deq
faciet finē suo delicto qd
ppaint pcto. Sz q̄ e adhuc
hic iusticia cu etnu dei fine
no heat. Et etnu hois fine hēt
Solo ideo pctm quod p pē-
tentia no e deletu punit pe
etnā qz offendit iudicē etnū
Qntitas enim offese attēda
e ex pte offensi. qz quto offē-
sus dignior est, tato offēsa
grauior est. No ē quo pena
inflicta dignior e admiratone
sz poci culpa. No enim mirū e
si deq etnus p offēsa sui pena
infligit. Sz illud mirandū e qm
creata audz offendē creatorē
Vn ysa. xiiij. Quo cecidisti
lucifer. No mirat ysa penā
sz casu sine culpa. Sicut treny
j. Quo sedet sola ciuitas plena
pplo. Et e i eodem iiij. filij syon
incliti amicti auro p̄ quo
reputati st̄ i uasa testea
Sc̄. Ego tibi dicā. q. d. noli
mirari ego dicā. i. apte ex-
ponā Sacrm̄ mulieris et
bestie q portat eā. s. mulierē
q̄ hēt capita vij et cornua
x. Hec mulier e rep̄borz col-
lacio pp̄r molliciē uite z artē
fallendi. De q̄ pu. v. Ne intēdas
deos fallacie mulieris. fa-
uus enim distillās labia mlīe
et nitidius oleo gut-
tur eius. nouissima
eius amara qu absinthium

bestia portās mulierē est
antixpūs siue dyabolus q portat
rep̄bos de pcto i pctm et
ptea i infnūm. Vn z an̄ d̄t
Bestia quā vidisti. glo. i. dyabolus
qui bestiales facit. fuit i
ptate magis aīte aduētū xpi
z iā no e qz xpo nato vim
suā p magna pte pdidit. Joh. xij. 12
Nūc princeps mundi huius eij-
cietur foras. Et ascēsura e de
abysso. i. de occulto pfundo
malo. i. apta seuiciam exibet
tpe antixpi. Vn infra. xx. Cu
cōsumati fuint mille anni
soluetur sathanas de carcere
suo. Et i interitu ibit. i. i etnā
damptionē. Vl ascēsura e de
abysso. i. p abyssum. i. p illos
qui pfundi erūt i malo as-
cendet dyabolus ut antixpus. Et illa
z i interitu ibit antixpus. qz dñs
interficiet eu illustracione
aduētus sui. Vt. dicitur ij. thes. ij. thessalonicenses
Dyabolus ibit i interitu qz mor-
tuo eo no hebit ampli locum i
ptate teptādi. cu e mortua
pena eius. Et no q elegantr dt
bestia fuisse z no ēe qz dyabolus
an aduētū xpi fere omēs
bestiales homines faciebat
sz tpe xpi de bestijs fecit
homines. qz cepunt hoīes uiuē
bōē. Vn ps. posuisti tenebras
Et facta e nox. i. ipa ptransibunt
o. b. sil. Catulo leonum vn.
ut ura z q ad eius e corg e sol.
i. xpo cōgregati sunt. i cubilibus
suis col bestie z exibit ho
ad opus suum q plus latebat
ut bestia. Antixpus z dr bestia
fuisse z no ēe ppr̄ breuitatē
dieru. qz pax ec ignabit z dr
ascēsura de abysso. i. de mal
p quos hebit ptatē. Vn z i
interitu ire. qz p9 ascēsu cadz

12 i morte et infirmitate. vnde ps. Insi-
diatur ut rapiat pauperem. rapere pauperem
dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum
pauperem. Inclinabit se et cadet
cum dominatus fuerit pauperum. i. cito cadet et
non durabit. Eccl. xxviij. Nichil
stabile est et non erit impetuosum sed.
Et mirabuntur inhabitantes terram
de tanta potestate subita admi-
rabiliter adnichilacione. ps. Subito perierunt
propter iniquitatem suam. Et inimici defecerunt
frameæ in finem et civitates eorum destruxisti. perijt
memoria eorum cum sonitu. Et quorum autem sunt
illi qui admirantur. dicitur. Quorum
nomina non sunt scripta in libro vitæ
a constitucione mundi. id est de numero
predestinatorum. Hic dicitur. Accedentes a terra scribentur
ps. vocaverunt nomina sua in terris. A con-
stitucione mundi. hoc dicitur quondam
divinam scripturam libri vitæ. Et quidam
enim ibi scribuntur in pagina presentis
iustificacionis. De quibus dicitur in ps.
Deleantur de libro viventium et cum iustis
non scribantur. q. d. quondam non scripti
cum iustis in pagina predestinacionis
vnde nemo potest deleri. sed scripti
fuerunt in pagina presentis iustifi-
cacionis. vnde multi delentur i.
scriptis fuerunt in das. sed quando peccant
deleti fuerunt quia peccatum delet
graciam. Videntes bestiam quæ erat
et non est et quæ contra et tanta potesta-
te et non est quia cito perijt et non esse
dicitur quia a non esse separatur. Job 18.
Habitent in tabernaculo eius socij
qui non est. De hac admiracione
stuporis dicitur Eccl. xxviij. omnes
qui videbunt te in gentibus obstupescent super te. Sic et de aliis
divitibus et potentibus hujus mundi qui
cito transeunt. ita quod mirantur
homines. ps. Vidi impium superexal-
tatum et elevatum sicut cedros libani et transivi et ecce non erat
quesivi et non est inventus locus eius. Et Job xxx.
Omnibus potestatibus bonis vi-
ta. Job xxx. Elevasti me
et quasi super ventum ponens elisisti 13
me valide. Et hoc est contra ipsos de
potentia hujus bestie potestatem habentes ipsius
tamen dicitur sibi. Sap. v. Et filius
quæ faciunt aliqua periculosa
caventes. Et hic autem sit ipsius contra
Et hic sapientiam. q. d. ille qui
habet sapientiam et intelligentiam quia
iuste estimat de vino quod secundum
valorem precium et saporem vinum
quod quidem sapore precium ille
inquit esse ipsius. Talis fit cautus de
consideracione. sed stulti inquit
putant se cautiores quam nunquam
videant alios in hoc dicto. Ceterum sa-
pientibus porrigitur quod videt
socios de angustia fuerunt du-
ci ad macellum et ut vi-
maneat ad angustiam fuerunt.
Septem capita habet vermicula
ichi inscrutantur vij capitum bes-
tiæ per quæ intelliguntur vniversa
potestas malorum quo ad septem
status ecclesiæ. Primum caput fuit
superbia potestatis malorum in primo
statu. Secundum caput fuit secunda potestas
in secundo statu et aliis. Primus status
fuit ab Adam usque ad Noe. Secundus
a Noe usque ad Abraham. Tertius
usque ad Moysen. Quartus usque ad
David. Quintus usque ad Christum. Et
prophetis quibus dicitur in sexta etate
tradiderunt. Sextus status fuit
a Christo usque ad antichristum. vij
erit in tempore antichristi. Et de hijs
duobus dicit vnus et alius nondum
venit. Dicit ergo vij capita bes-
tiæ sunt vij montes sunt super quos
sedit mulier quæ sustinetur et
fulcit malorum congregacio.
Secundum autem appellet montes
capit divites et vij reges sunt
q. d. vij capita bestie sunt vij
montes. i. vij reges. hoc est principes
ecclesiæ malignancium. Septem
status ecclesiæ sunt per vij capita bestie

Donatus fuit pauper

11

10 Et per vii montes. Et dicuntur vii re-
ges in capite i. (septem) et ideo per vii capi-
ta signantur omnes principes qui de mundi
sapientia extolluntur gloriando. Per vii
vero montes signantur ipsi qui de opulentia
gloriantur vel extolluntur. Septem autem
reges dicuntur omnes illi qui de potentia
dignitatis gloriantur. Ex hiis tribus
maxime oritur elacio. Ier. ix.
Non glorietur sapiens in sapientia sua,
et non glorietur fortis in fortitudine sua,
et non glorietur dives in diviciis suis.
Super hos sedet mulier quia hii dant
multitudinis fulcimentum malicie
malorum. Quinque ceciderunt, i. quinque
status transierunt et superbia eorum
cum eis. Unus est status gratie sub
Christo. Et alius nondum venit, scilicet sta-
tus futurus in fine seculi scilicet Antichristi.
Glosa dicit: vel quinque primi reges sunt
v sensus corporis, quia si Adam non pec-
casset ad nulla mala concupiscenda
excitarentur. Sed per peccatum ita corrupti sunt
ut iam valescit eis lenia tactu,
sapida gustui, nares odoriferis,
pulchra visui, melodias auditui
gratia in quibus delectentur. Et hii sunt
v reges per quos regitur etas
puerilis. Hii sunt v viri mulieris
Samaritane Io. iiii. Hiis autem in
adulta etate succedit error
quia postquam homo habet discretionem et
peccat non sensualitati imputatur sed
rationi errati. De quo dicitur, dixit
ibi. Et nunc quem habes non est tuus vir.
Septimus rex est Christus qui nunc regit
unus est. Antichristus qui nondum venit sed
cito veniet et cito deficiet.
Sed hoc sensus est: Quinque ceciderunt glosa
transacta infancia, quasi dicit nova
v sensus regunt homines sicut in adven-
tu Christi. Et unus est, Christus qui nunc regnat

qui vocat eos dicendo unus, quia singuli et non 12
sub pari. Ysa. vii. In die illa
apprehendent mulieres vii virum unum.
Et alius nondum venit, scilicet Antichristus.
Glosa: qui maxime faciet per terrorem
et cum venerit in magna potestate appa-
rebit. Oportet illum brevi tempore manere
i. regnare scilicet tribus annis et dimidio
et ideo non est multum timendus.
Et bestia que erat in magna
potestate ante adventum Christi per quam
crudeliter impugnabantur ipsi
electorum, et non est post adventum Christi
in tanta potestate scilicet et ipsa octava est
i. super vii quia omnes transcendit
nequicia et malicia. Et de vii est
quia sicut illi peccavit in eis et cum eis puni-
etur. Qui dicetur Matthei xxv. Ite ma-
ledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et
angelis eius. Hoc et exponit glosa de
Antichristo. Sic: Et bestia, glosa i. Antichristus,
que erat et non est i. cuius potestas cito
transibit. Et ipsa octava est et de vii
est. Octava propter excellentiam et
singularem dominium. De vii vero est
propter communem consilium et culpam et pe-
nam. Sic enim dicitur Ez. i de aquila
que erat desuper ipsorum iiii or
et tamen erat unum de iiii quia levat
se super se contemplando divina
quod est super humanum intellectum.
Sic Antichristus vero est de vii sed
tamen dicitur octava quia diabolus plus
super humanam potentiam extollit se.
Dan. viii. Surget rex
impudens facie et intelligens
propositiones et roborabitur fortitudo eius
sed non in viribus suis et supra quam
credi potest vastabit universa.
Et in interitum vadit, utique scilicet diabolus
et Antichristus, quia uterque eternum peribit.
Job xviii. Evelletur de
tabernaculo suo fiducia eius
et calcet desuper eum quasi rex interitus.
Et x cornua bestie dicebas pre-

hic exponit angelus x cornua

16 significatur per reges qui erunt sub
Romano imperio tempore antichristi.
Decem enim quamvis parum regnabunt
tamen valde nobiles erunt, postea
enim quia antichristus et sui vincent eos.
Dicit glossa. Et x cornua que vidisti
bestie x reges sunt futuri tempore
antichristi qui regnum nondum acce-
perunt tempore iohannis. Danielis vii° per-
bo x cornua ipsius regni x re-
ges sunt, qui dicuntur cornua tripli-
ci ratione. primo propter ferocitatem et
irrationabilitatem bestialem eorum,
2° quia adherebunt antichristo sicut
cornua adherebunt capiti, 3°
quia per eos pugnabit antichristus contra
electos sicut bestia pugnat cornibus
suis. Et hii x futuri sunt reges
Romani imperii, tamquam decem effectum
quia per eos impugnabit antichristus
omnes observatores decalogi.
Et potestatem tamquam reges una
hora accipiunt, i. accipient post
bestiam, i. sub antichristo ut dicitur Danielis quia
utique caput eorum erit. Vel post
bestiam euntes per adherentiam et
imitacionem. Et non quod dicit tamquam
reges quia non vere reges erunt
quia sub alio erunt et quia tyranni
erunt. Dicitur una hora quia modico
tempore durabit regnum eorum quia
non per successionem hereditariam sed per
intrusionem accipient dominium. Et hec
dicitur ad consolationem electorum. Hii unum
consilium habent quia Christum negabunt
et antichristo credent, et virtutem i. for-
titudinem et potestatem suam i. dominium
suum bestie tradent i. antichristo
quia quicquid poterunt per se et per suos
totum antichristo attribuent i. facient
et quicquid poterunt per ipso quam etiam
Hii cum agno pugnabunt i. contra
ipsum in eo et in suis subditis eius
servos suos et occidentes eos qui
sibi nolunt acquiescere. Et agnus

vincet eos illorum maliciam re- 17
frenando et suis constanciam tribu-
endo. Danielis vii° contra excelsum loquetur
et sanctos altissimi conteret et putabit
quod possit mutare tempora et leges
et tradentur in manu eius usque ad
tempus et tempora et dimidium temporis et
iudicium sedebit ut auferatur potentia
et dispereat usque in finem. regnum autem
et potestas et magnitudo regni
que subter est omne celum detur populo sanctorum
altissimi cuius regnum sempiternum est.
Unde glossa super: Cum duo eorum sunt
vertes malum ad utilitatem bonorum
Et rex regum et dominus dominorum deiciet eos
quando et quo voluerit. Et non solum ipse
sed et qui cum eo electi eius vi-
cent illos reges non fortitudine sua sed
virtute. Unde sequitur Et qui cum illo i.
Christo sunt ei adherentes vocati per
predicacionem vel inspiracionem, et
electi per predestinacionem, et fideles
fidem ipsius integre servando
et sui officii fideliter exequendo
et omnem gloriam suo domino reservando.
Sed quare dicit Iohannes quod agnus vincet
eos et non magis electi. Solutio propter
morem per medium quia per paciam quam
dominus dabit suis vincent ut quando
agmen contra eodem fecerit non appli-
catur ob suum. Sicut de ipso legitur
Ysa. liii. Vel quia utitur eorum malicia
ad utilitatem bonorum. Et dixit
michi, hic ostendit angelus iohanni
quid sunt aque super quas sedet
meretrix i. quis dominatur antichristus
dicens per illas aquas designari
populos vocat illos quos regit
cupiditas et avaricia. gentes i. eos
quos dirigit gentilitas i. carnalis
vita seu carnalis concupiscentia,
linguas vocat illos quos dirigit
astucia et superbia, et hiis omnibus
dominabitur i. antichristus sedebit per dominium
et consensum. Dicit glossa. Et dixit michi angelus
dicit Iohannes aquas i. aque tales per tamen

populos gentes et linguas

18 sicut ibi. Et sermonem quem audistis
non est meus Jo. xiiij. Et bestia quam vidi-
sti ubi meretrix sedet i. quam
dominatur et quiescit antichristus in ap
ministrum quod operatur temporibus vt
dicitur ij thes. ij. populi sunt quo ad
amarorem gentes quo ad luxurio
sos et lingue quo ad scribos
vel populi quo ad illos qui legem
habuerunt et gentes quo ad illos
qui sine lege et lingue quo ad
utrosque quia ex omni diversitate
hominum erunt aliqui subditi antichristo
sicut et xpo. Et x cornua
hic est angelus quae non debes
conformari mulieri in imitati-
one quia et amatores eius odient
eam finaliter in inferno depti eam
et tunc dolebunt quam modo gaudent de
societate eius. In inferno siquidem
omnes odient se et quanto plures
erunt tanto magis eos odient et
ideo maior pena. Econtra in celo
omnes diligentes se et ideo quanto
plures erunt tanto magis est
eorum gaudium. Dicit ergo et x cor-
nua que vidisti in bestia i. hos
qui antichristo adheserunt hij odi-
ent fornicariam i. antichristum et
contristabuntur velum unum que dilexerunt
et se ipsos quia sic fecerunt vel
fornicariam i. impiorum massam
que cum dyabolo fornicata est
vel vanitatem mundanam quam
secuti sunt vel sclavi sapiam
quam amplexati sunt vel civitatem
romanam ubi principue olim
fuerunt ydolatrie et tunc fortasse
principue fuerunt hec est omnis
malicia. Et desolatam faci-
ent illam fornicariam i. antichristum
hoc est ipso eorum erit desolatus
quia completo numero malorum peribit
solacium quod de sua potestate et
victoria tuliu bonorum modo habet et nudam

19 amissa potestate et mala societate.
Et carnes eius manducabunt
i. delectationes quas habebant de
penis iustorum istorum fecto amit-
tent. Et igne concremabunt i.
secum in inferno cremari facient
nam peccato illorum tanto ignem qui
antichristus in inferno ardebunt.
Et non hic iniquorum dicit in pena antichristo
cum alia minori quam huius ipse mitatur.
Desolata quo consolationem quam habuit
in honore et potestate. Nudam cum
opulencia divitiarum. Et car-
nes eius manducabunt quia delecta-
tiones delicias. Et ipsum igne
concremabunt cum sit ipse
secus omnium et occidendo delecta-
bant. Vel hij odient fornicariam
i. impiorum massam quia quippe
tunc erunt quia unus odiet alium
in inferno et si posset unus vellet
alium devorare. Unum affectum se
invident qui se affectum dilexerunt
in mundo. Et desolatam facient
fraudulenter seducendo unus
alium ut perdat quorum ut in inferno
amisso omni solacio. Et nudam
omni virtute quae sunt vestitu ante
Et carnes manducabunt
i. delectationes eius carnales quas
hic habuit manducabunt eis occidendo
quia de hoc viribus maior erat
et ignibus exterior ad luam eo
cremabit. Consumpsit viribus corpus
non moriatur et ignis corpus non ex-
tinguetur. Jac. v. Agite nunc di-
vites plorate et ululate in
miseriis que venient vobis. Aurum
vestrum et argentum eruginavit et erugo eorum
erit in testimonium vobis et manduca-
bit carnes vestras sicut ignis.
Non glosa. Eciam aliquomodo as animas
et corpus sentient flammam. Et in atque
pungens dolor sine terminatione ac-
cusabit. Et antiqua gloria in memoria

20 venet eis q posset peccās q̄s
sustinet cuitasset & p eleās
redemisse / quod erit eis ma-
gna pena & ypm igne tor-
mabitur occonaliter i. faciet
ipsos q igne conremabitur sicud
sodomi. Ambulate i flāmis
quas succedistis nobis. Et q-
hec misto dei mdico eueniet
reprobis ostenditur. Deus enim
dedit pmisit i corda eorum
ut faciat q placitū ē illi i.
bestie ut dent regnum suū
bestie i. concedat & consenciat
supe dyaboli regere & ātipo m
& ei sua ptatē attribuat
Similiter hoc Ro. i. tradidit eos
deus i rep. sēnt ut fa. ea q nō g nt
Donec consumēt uba dei q. d.
hic auenient de q pphie imple-
antur que sunt de penis rep-
borum & pmijs electorum q i fine
mundi copleburtur / Vel uba dei
uocat dei ordinaconē de
adimplecōe nūi electorum
Nam ad id tpe pmittentur boni
cum malis regere sic palea cū
grano sz copleto nūo electorum
ventilabitur area dnī & palea
cōburetur igne inextiguibili
& granū i horreū dnī recōdetur
ut dicitur ag. iij. Et mulier quā
uidisti ē ciuitas magna i.
reproborum vniuersitas uel ro-
mana ciuitas que hēt regnū
sup reges terre q omnes ei sub-
iacent / Loquitur at Jo. p tpe anteq.
Multitudo uero malorum dicitur mer-
trix pp mollicie mētē & artē fal-
lendi / Ciuitas dicitur pp colle-
cōnē multorum & cōnenciam ma-
lo / Dicitur magna pp magnos q i ea
sunt uel pp supbia. Vnū & di-
hic regnū i. ptatē dnīū
sup reges terre q̄ reges
sunt ei pub & ad litteram



cōitati obediunt vicini pua-
pes. Dicitur at meretrix q dyaboli
corrupti se subiciat. Dicitur &
babilon q cōfusa ē & cōfundit
& io etna cōfusione rea. Jo. c.
Cōgrega de terra cōfusionē
tuā que hitabis i cōfusione. c XVIII
Post hec vidi. hic incipit
Jo. agere de hijs que fient
circa diē iudicij & post & ē xviij
capitulum & vij visio i qua agitur
de dampnacōe malorum futura
A pricipio siquidem libri egit
Jo. de hijs que fiunt sēdum cursum
a pmo statu ecclie usz ad finē
mundi / hic incipit agere de hijs
q fient circa membra in die
& post diē iudicij circa membra
putrida abscidentur & pcae-
cetum in fine. Sanaudo membris
mutatā ascēdet i gaudium
padysi / In hac vij visione agit
de membris putridis ubi descri-
pena quā hebunt i inferno.
Cōtinet at hec visio tria capitula
scz xviij xix & xx. Dicitur at
hoc capitulum i duas ptes. In pma pō-
nit babilonis i. maligne cō-
gregacōis. In 2a pō exultacō
sctorum de vindicta malorum i.
exultacōe sup ea. In pma pte
pcedit Jo. sic: pmo pmo describit
casū babilonis, 2o docet ca-
uendum eē ab eo, 3o describit
fletum & planctū malorum i
cōsolacōe. Volens at Jo. ondere
pccās q̄s pacientur impij i
inferno p singulas ptes pmo agit
de pena babilonis 2o de pena
bestie & pseudo pphete 3o de
pena dyaboli q occasio cit sib.
Vt at maior fides adhibeatur
i pmo ondit ista dampna a xpo
fluisse pdictam. Dicit ergo Post hec i.
post visiones de quibus actū ē
usz huc. Vidi spūali visu an-

2 alium. i. xpm qui dr angelus
qr missus et qr dicit ab alijs an
gelis sicut dnus a suis. Des
cendentem. i. carnem. i. de celo
de invisibili. De quo descensu
dr in ps. Dne inclina celos
et descende. ysa lxiiij. Utinam
disrumperes celos et descenderes
Habentem ptatem magnam. i. equale
patri sz occultatam, ysa xlv.
Uere tu es deus absconditus,
In 2o aduentu erit manifesta ptas
eius math xxiiij. Uenientem ptate
magna et maiestate. Et terra. i.
ecclesia situ infinita, sup nichil et thesis x°
fundata firmiter stabilita,
cultu et actione fecunda, uarietate
speciosa illuminata est a gla eius
i. a predicacione ipsius gloriosa, quia
s. gloriosa reddebat miracula
que faciebat et stitabuntur eius
luc. xiij. Omnis populus gaudebat
in uniuersis que gloriose fiebant ab
eo, ysa ix. habitantibus in regione
umbre mortis lux orta est eis. Uel
terra. i. humanitas illuminata est a
gla eius. i. diuinitate. Uerbum caro factum est
i. unitum ps. In uno tua dextera
me et cum gloria suscepisti me. i. mea uim,
dicit dauid ysa lx. Surge il-
luminare ierusalem quia venit lumen tuum et
gla dni super te orta est. Uel terra. i. fi-
delis anima illuminata est a gla eius
i. a fide celitus data, que facit
filium dei qui est gla magna. Jo. i°.
Dedit eis ptatem filios dei fieri
his qui credunt in nomine eius. Et exclamauit
i. extollet clamauit predicando
in fortitudine vocis. i. audacter et con-
stanter sine omni timore et dubi-
tacione contra quod dixit non ca-
uuit effectu, Ron. ysa lv. Uerbum
meum quod egreditur de ore
meo non reuertetur ad me uacuum
sz faciet quecumque uolui,
Silete dr ysa lvi. Quasi Clama

ne cesses quasi tuba exalta uo-
cem tuam et annuncia populo meo scelera, 3
dicit. Cecidit cecidit babilon
magna. i. congregacio mala, con-
fusione digna. Bernardus
ubi cadendi notat duplicem casum
primo cum cecidit per peccatum et
post eam infernum. Uel bis dicit cecidit
propter duplicem dampnacionem, animarum et
corporis. Uel ut dicit glo. vnde leu.
xxvj. Duplici contricione contere eos.
ps. Induantur sicut diploide con-
fusione sua. Uel geminacio ubi
cadendi notat dampnacionis con-
tinuacionem ut dicit glo. Uel for-
te geminauit casum dampnacionis
ob geminacionem ubi s. peccatum o-
missionis et peccatum transgres-
sionis. Uel peccatum spirituale et peccatum
carnale per que fit homo habitaculum
demonum. Sequitur assignans cau-
sam subiungit. Et facta est habitacio
demoniorum per peccata ut dicit glo.
Et custodia omnis spiritus immundi
et custodia omnis uolucris immunde
et odibilis, i. sedes et locus seu
receptaculum peccatorum carnalium et
spiritualium per que demones ha-
bitant in homine, sicut xps per graciam.
Unde glo. Demones in pravis cor-
dibus per carnis illecebras sicut
immundi, per inertes elaciones uolu-
cres et odibiles, unde Eccli x.
Odibilis est coram deo et hominibus
superbia et execrabilis omnis iniqui-
tas. Sequitur custodia autem dicitur
quia per contemptum confessionis peccatum
in corde celatur et custodit. Osee xiij. Col-
ligata est iniquitas effraym
absconditum est peccatum eius. Habet
custodia mala quia ad debitam
penam eternam. Unde seqr. i. Dolores
parturientis uenient ei. Uel forte
ideo dicit custodia quia tales depo-
situm dyaboli bene custodiunt et scripturas
et dyaboli custodiunt. Unde ysa 28.

In domibus eius erit iubilo draconum
et pascua strutionum et occurrent
demonia. Sel. habitabunt draco-
nes cum fatuis sicariis et inhi-
tabunt ibi strutiones. Et quia
hoc quod de vino ire fornicationis
eius i. de fornicatione corporali vel
spirituali per quam vastitur deus bi-
berunt omnes gentes que nunc et reges
terre cum illa fornicati sunt i. ma-
iores sicut minores peccaverunt. Ysa.
xxiiii. Et erit sicut populus sic et
sacerdos sic famulus sic et dominus eius
sic ancilla sic et domina eius. De hac
fornicatione dicitur in ps. perdidisti
omnes qui fornicantur abs te.
Et mercatores terre glo. i. avari
qui animas suas vendunt cu-
pidine secularium. Eccl. x. Avaro
nequius est quam amare pecuniam
hic enim animam suam venalem ha-
bet quoniam in vita sua proiecit intima
sua. De virtute deliciarum eius
divites facti sunt glo. i. de peccatis
per que acquirunt divitie quia omnis
dives iniquus est vel heres iniqui. Eccl.
xi. Si fueris dives non eris im-
munis a delicto. De his divitibus
dicitur in ps. Divites eguerunt et esu-
rierunt. Jac. v. Divitie vestre
putrefacte sunt per quas velut in-
iusto sit divitias per multas (?)
Et audivi. De desperato casu ba-
bilonis monet cavendum a
consortio malorum qui cum mol-
liciis et a malis actibus per quos fit
casus. Dicit ergo et audivi i. intellexi
aliam vocem i. divinam inspirationem
vel (?) et suorum predicatorum quod di-
citur quia cum prior sit de malorum
condempnatione hec de bonorum
commonitione de celo scilicet i.
per celos i. predicatores que mystica re-
velat infidelibus et indignis
que est causa exitus i. domus solius sic

ut habetur ex vul-
gata sententia et
Jeronimus ad Elbidiam (?)
quod omnes divi-
tie de iniquitate
descendunt

dicit Ysa. xvii. Domus sol. voca-
bitur una. Dicentem: exite de il-
la i. de consortio meretricis sive
de mundi malicia populus meus
i. ne faciatis opera eius et ne parti-
cipes sitis delictorum eius consuman-
do eis. Nam facientes et consenti-
entes par pena constringit.
Ut supra. Et de plagis eius non
accipiatis q.d. Si non fueritis si-
miles in vita non eritis similes in
pena. Ier. li. Egredimini de medio
eius populus meus ut salvet unusquisque
animam suam ab ira furoris domini.
Num. xvi. Recedite a tabernacu-
lis hominum impiorum et nolite
tangere que ad eos pertinent
ne involvamini in peccatis eorum.
Quoniam pervenerunt peccata eius usque ad
celum q.d. propterea hoc fugite a con-
sortio malorum quia pervenerunt
peccata eorum usque ad celum i. a deo
tevenerunt (?) quia plus tr... (?) non pos-
sunt vel usque ad contemptum dei
per desperationem et blasphemiam
et peccatorum enormitatem. Gen.
xviii. Clamor sodomorum et
gomorreorum multiplicatus est
et peccatum eorum aggravatum est nimis.
Ierem. li. Curavimus babilonem
et non est sanata. Derelinquamus eam
et eamus unusquisque ad terram suam
quoniam pervenit usque ad celos
iudicium eius i. peccatum per quo
iudicanda est et elevatum est usque
ad nubes. Clama. Et recordatus
dominus iniquitatum eius qui prius vi-
debatur oblitus cum permittet per
sparsi (?) dissimulans peccata hominum
propter penitentiam ut dicitur Sapientie xi.
Sed multi abutuntur eius patientia
quia ipso dissimulante et expectante
ipsi audacius peccant. Unde Iob
xxiiii. Dedit ei deus locum penitentie
et ipse abutitur eo in superbiam. Eccl.
viii. Quia non profertur cito contra malos
sententia absque timore ullo filii hominum

6 precium mala, et tu peccator ex eo
quod tenaces fuerit mala et per pa-
ciam sustentatur. Ergo cogita
quod est bonum timentibus deum.
7 Reddite. posita admonitione ad
sanctos ut fugiant Babilonem
ponit eius condempnationem et as-
signat tamquam debitorem pro bonis
pro malis que fecerunt in sanctos pro[illegible]
est pena culpe vindictas [illegible] e
ut sicut ipsi mala habuerunt
in tentationi persequendo sanctos, sic
habeant in patientiam in sustinendo
penam et duplicatur pena quia
intus invenit impatientia ex[illegible] se-
quiatur pena [illegible] sicut in mensura
voluptatis male mensuretur tormen-
tum pene. Dicit ergo dominus ad sanctos qui hic
modo affliguntur a malis. Reddite
illi scilicet Babiloni id est malorum congre-
gationi qui vos comprimunt et af-
fligunt. Sicut et ipsa reddidit
vobis id est sicut ipsa vos punivit
iniuste sic et vos ipsam iuste
puniendam iudicate pena quam
secundo sustinetis eadem purgatione
et pena que iudicatur malis futura
est ad condempnationem. Unde glo.
Sicut vindictam meam de vobis
qui purgamini exhibuit ad salutem
Sic vos iniuriam meam vindicate
in illis ad condempnationem. Et
duplicate duplicia id est punien-
dos iudicate in corpore et anima
quia ipsi tam in corpore vos penam
intulerunt dimittere cum nolenti
neque possent occidere. Matthei x. Nolite timere
eos qui occidunt corpus animam autem
non possunt occidere. Et ne forte aliquis
putaret quod ipsi non meruissent
duplicem penam ista ratio dicit secundum opera eorum
glo. id est sicut ipsi peccaverunt bene ipsi
tamen nocuerunt sanctis in corpore
tantum ipsi meruerunt in corpore id est voluntate
et opere peccaverunt et ideo iuste in anima
et corpore punientur. Iere. xvii.

Duplici contritione conterite eos. Id est
Reddite ei sicut opera sua in mixtura
que fecit facite illi. In poculo
quod miscuit vobis pena
infundendo, miscete illi duplum
id est duplicem penam scilicet in anima et cor-
pore pro [illegible] iniquitate. Vel
duplum dicit quia penam habebunt
ex[illegible] et impatientiam in[illegible] sui
igne [illegible] et vermem [illegible].
Quantum glorificavit se. hoc est ap-
petendo vel in honoribus gloriando
et in deliciis fuit carnalibus scilicet
epulis indebite delectando
tantum date illi id est dandum iudicate
tormentum et luctum. glo. tormentum
in corpore luctum in anima [illegible]
[illegible] deliciis luctus glo.
Et non quantum et quantum non dicit
hic equaliter quantitate sed proportio-
ne [illegible] Hoc est dicere qui multum pec-
cavit sic multum punietur
secundum exigentiam culpe punietur
pro dignitate. Ysa. xxvii. In mensura
contra mensuram cum abiecta fuerit iu-
dicabo eam. Matthei vii. Eadem
mensura qua mensi fueritis re-
metietur vobis. Deutro. xxv.
Iuxta mensuram peccati erit et pla-
garum modus. Causa eius dam-
pnationis Babilonis est superbia
Unde subdit. quia in corde quasi d.
in toto dampno [illegible] Babilon
quia in corde suo dixit superbi-
endo et gloriando de bonis dei [illegible]
attribuendo. Sedeo ut regina
id est de honore et dignitate mea
non [illegible] non timeo. Et vidua non
sum. quia multos habeo consolatores
et multas consolationes. Et luctum
non videbo que [illegible] dis[illegible]
xpi [illegible] cum peccatoribus suorum
sic [illegible] ut ne
spolia ad prosperitatibus timeant non op-
primi [illegible] quos dicit Job xxi. Du-
cunt in bonis dies suos et in puncto

8 ad inferum descendit. Isidorus dicit
Eccli. xi. In die bonorum ne im-
memor sis malorum et in die
malorum ne sis immemor bonorum
quia facile est coram deo in die
obitus retribuere unicuique iuxta vi-
as suas. Ecc. 10. Iste mundo lactantur
et superbiunt in una die. In die
iudicii venient plage eius
id est ultores debite peccatis suis.
Et que sunt ille plage? Mors
id est carentia visionis dei que erit
amarissima et luctus pro ea et ibi fletus
et fames id est defectus omnium bonorum
[illegible] de quibus
se iactat. Ubi enim dixit Sedeo ut
regina quia hic possidet futura mors
eterna. De qua dicitur Sic oves in
inferno positi sunt Mors depas-
cet eos. Ps. Quia dicit Vidua non sum
possidet fames futura id est consolationis
et omnibus bonis defectus. De qua
fame dicitur Deut. xxxii Consu-
mentur fame et de ea qui mor-
tua [illegible] luctu
non indiget [illegible] post luctum eternum.
De quo dicitur [illegible] Ibi erit
fletus et stridor dentium. Erit autem miser
fletus [illegible] quia lacrime ille tam calide
decurrent [illegible] consument cor sic
[illegible]. Sic dicit quidam
de patribus discipulo suo plorans
[illegible] filium [illegible] loco
ubi lacrime consument cor
[illegible] sine puteus lacrime
absque [illegible] futurus. Nam qui non
plorat non plorabit in futuro
sed potius videbit. Unde Luc. vi.
Beati qui nunc lugent quia videbunt.
Et ergo qui non videt in futuro
plorabit. Unde [illegible] venio
videns quia plorans et flens vos
[illegible] doloris miserabili
[illegible] occupat.
Sunt autem quatuor lacrimarum
que habentur a sanctis. Prima sunt lacrime

De quibus dicitur Tren. i. Plorans plorat in nocte, lacrime [illegible] miserie [illegible]

contritionis que fiunt pro peccatis propriis
De quibus ps. Lavabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis meis. 2e sunt lacrime
compassionis que fiunt pro peccatis et
miseriis aliorum. De quibus dicitur
Ier. ix. Quis dabit capiti
meo aquam et oculis meis fontem
lacrimarum ut plorem nocte et
die interfectos filie populi mei.
Tercie sunt lacrime devotionis que
fiunt ex consideratione beneficiorum
dei. De quibus dicitur in ps. Cibabis
nos pane lacrimarum et potum
nobis dabis in lacrimis in mensura.
Hinc [illegible] exo. xvii. [illegible]
aquis [illegible] nu. xx [illegible]
per aquas Bethlehem quas sitie-
bat David. Unde dicitur Ibi desideravit
David aquam de lacu et ait
si quis daret michi potum aque
de cisterna que est in Bethlehem
iuxta portam. 4e lacrime sunt do-
loris pro incolatu huius miserie
prolongato. Et lacrime eius in maxillis
illius. 5 lacrime sunt amoris
ex desiderio patrie [illegible]. De
quibus dicitur in ps. Super flumina
Babilonis illic sedimus et flevimus dum recor-
daremur tui Syon. Job xvi. Ad deum oculus meus
stillat. Hee due
ultime sunt [illegible] Iudicum i. et Josue xv.
per irriguum superius et inferius quod
dedit Caleph Axe filie sue.
Hec [illegible] lacrimarum sunt que
portant [illegible]
qua lacrime hostie domino
offerende ubi descendebat angelus
domini movebat aquam et qui
descendebat in eam sanabatur
Jo. v. Et igitur consumere
eternum [illegible] Item maledictum
ignem eternum [illegible] ultra [illegible]
non extinguetur. Nunc potius

Parma

10 babilon resistere quia fortis est deus
glo. i. precibus non flectitur pro. 6.
zelus et furor viri non parcet in
die vindicte nec acquiescet
cuiusquam precibus nec recipiet
pro redemptione dona plurima.
Et non fortis est deus qui iudicabit
illam babilonem reginam, quibus
enim sine acceptione personarum sententia
iusta iudicabit et quanto maiores
fuerunt hic tanto gravius punientur cum suis
paribus Sap. vi. iudicium du-
rissimum in his qui presunt fiet
exiguo autem conceditur misericordia
potentes potenter tormenta
patientur. Non enim subtrahet
personam cuiusquam deus qui omnium
dominatur nec verebitur magnitudinem
cuiusquam, referre hoc totum quod hic
dicitur supra tunc est de ysa. propheta sa.
ubi ysa. loquens de babilone
ait Audi hec delicata audi-
ens confidenter que dicis in
corde tuo Ego sum et non est
preter me amplius non sedebo vidua
et ignorabo sterilitatem. Veniet
tibi subito hec duo in una die
sterilitas et viduitas. Universa
venient super te propter multitudinem
maleficiorum tuorum et propter
duritiam incantatorum tuorum
Et flebunt glo. i. dolorem in
anima patientur quia ibi fuerunt
fundati et plangent super eam
reges terre. glo. i. principes
seculi dolore cordis dicunt et
Et ita duplex dolor hic ex-
primitur quem habebunt divites huius
mundi, punitionem conscientia
remordentes eos de malis
que fecerunt et de bonis que
omiserunt et alium ex privatione quam
civitatis et glorie in unitate corporum
eorum que in deliciis miserunt
et nullam penitentiam hic fecerunt

voluntatem non dicitur Joel. i. Flete 11
et ululate qui bibitis vinum in
dulcedine. Mat. xxiiii. Tunc
plangent omnes tribus ter-
re at planctus ille totus erit
inconsolabilis, unde Eze. xxxii
Fili hominis assume planctum
super filios israel. Et sine causa
planctus est et in planctu erit
i. d. planctus continuus erit et
inconsolabilis. Jer. xxxi. plorans
filios suos noluit consolari
quia non sunt. Unde dicitur Job. quis est
illi reges qui ita dolebunt di-
Qui cum illa fornicati sunt et
in deliciis vixerunt, abutendo
eis. i. thi. v. Vidua in deli-
ciis vivens mortua est et prima
mortem et obnoxia est. prov. 19.
Non decent stultum delicie
qui sunt facit uti. Job xxx
ce sub sedibus delicias compu-
tabant filii stultorum et igno-
bilium Eccl. ii. Dixi ego in corde
meo vadam et deliciis af-
fluam et fruar bonis et
vidi quod et hoc esset vanitas
risum reputavi errorem,
Vel reges terre dicuntur illi qui
bene rexerunt terram suam et carnem
et scilicet suam terrenam cum aliis
corporaliter fornicati sunt vel
spiritualiter et ideo dolebunt quod illos
quos sic videbunt vel au-
dient puniendos unquam fideles
fuerunt. Et huic sunt concordes
quod sequitur. Cum viderint q. d.
Dolebunt reges terre. Cum
viderint fumum incendii eius
i. incendium eius fumosum. De
quo ysa. xxxiiii. Convertentur
torrentes eius in picem ardentem
nocte et die et non extinguetur
in sempiternum et ascendet fumus in
generationem et generationem. Longe stantes
propter timorem tormentorum eius. Sequitur

12 stati erunt reges isti, scilicet inferni
quomodo non qui in gloria celesti stantes, sic in ce-
lo qui in gaudio dolebunt, sic in mundo
qui videbunt. Solo quedam
glosa exponit hec de malis regibus
et tunc dicitur quia erunt in inferno
cum Babilone, tunc ipsa multi-
tudo impia et stabit longe
voluntate, sed non actu, ut dicit glosa,
que vellet fugere, sed non poterit,
ita tormenta timebunt quo
solum videbunt in aliis, quomodo tamen
senciunt in seipsis. Sic dicit intel-
ligatur de bonis regibus qui
terrena sua bene regunt, tunc potest dici
quod in mundo stantes dolebunt de
peccata malorum quam audiunt
opes pacientes et passiones.
Et dicit hic quod umquam stantes illis
fuerunt. Ezech. at quin eque vide-
bunt pena illorum. Dicitur quod
a celo fidei ducentes homines
adhuc vincentes. Si de bonis
intelligatur, scilicet in inferno luge-
tes, si de malis accipiatur. Ve,
ve civitas illa magna Babi-
lon, que est mundus seu omnium
malorum congregacio; civitas
illa fortis ad mala facienda
sed debilis ad bona. De qua forti-
tudine dicit Ysa. v.: Ve qui poten-
tes estis ad bibendum vinum et
viri fortes ad miscendum ebrie-
tatem. Ysa. xl.: Qui sperant in Domino
mutabunt fortitudinem. Et dicit bis
Ve ve, timens duplicem penam
malorum, scilicet in corpore et anima,
ut dicit glosa. Jer. xvii: Duplici con-
tricione contere eos. Ezech. xvi:
Accidit enim post omnem maliciam
ve ve tibi, dicit Dominus Deus. Quia una
hora, id est subito, venit iudicium
tuum tuum in particulari quolibet in morte
et generale fiet in fine mundi
quod similiter subito veniet et cito

Joel iiii: Reddam vicissitudinem 13
vobis cito velociter. Job xxi:
Ducunt in bonis dies suos et
in puncto ad infernum descendunt.
Et negociatores terre flebunt
et lugebunt super illam Babilonem
scilicet dampnatam, quoniam merces
eorum nemo emet amplius.
Quamvis omnes mercatores sunt
negociatores, habent merces ad
vendendum. Propter de quibus nego-
ciatoribus loquitur Jo. Solo. Glosa
dicit quod Jo. loquitur de utrisque negociatoribus,
id est corporalibus et spiritualibus. Ad
literam enim negociatores qui in
mundo merces suas et negocia-
ciones fraudulenter fecerunt
et per fraudem divicias congre-
gaverunt, dolebunt in morte et in
iudicio et in inferno, dicit hic quod eo
deficientibus terrenis diviciis
vel delectacionibus in quibus posuerant
~~avariciam~~ vel gloriam cum amore
videbunt se expositos pau-
pertati et dolori et angustie
maxime. Unde dicit glosa: flebunt
et lugebunt quia prius dolebant
in quibus sua deputabat pro-
speritate et non poterunt aliquis
vendere et emere quia emit corpus vita.
Prov. xi: Non proderunt divicie
in die ulcionis. Ezech. vii: Ar-
gentum eorum et aurum non va-
lebunt liberare eos. Vel spiritua-
13 les negociatores et mali qui
spiritualem dant pro terrenis, ut avari
eterna bona pro caducis, ut am-
biciosi iusticiam pro pecunia, ut
advocati gloriam Dei pro laude
humana, ut ypocrite sacra
pro denariis, ut ... spiritualia
pro temporalibus, ut symoniaci.
De quibus dicit Ezech. xxvii: Nego-
ciatores tui a multitudine tuorum

12 diuiciarum argento scilicet stanno
plumbo impleuerunt nundinas.
Argentum dicit sapientiam scolarem,
ferrum potenciam temporalem, stannum
dicit simulacionem, plumbum
uero carnalem delectacionem.
Et ideo negociantur multi qui
propterea tanto amplius dolebunt
quanto plus debito hec dilexerunt
unde Ezechielis xxvij Negociato-
res populorum sibilabunt super te,
ad nichilum deducta es et
non eris in sempiternum. Duplicatur
autem ubi pro mercibus ad luctum
quia tales plorabunt et dolebunt
in morte de duobus specialiter
scilicet de amissione rerum amatarum et
cum tanto labore acquisitarum
et de pena per amorem illorum illici-
to inflicta. Johannis ij Auferte ista
hinc et nolite facere domum meam
domum negociacionis. Scriptum
est enim Domus mea domus oracionis
uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum.
Zacharie ultimo Non erit ultra merca-
tor in domo dei. Deinde enumerat
+ Johannes merces illas in quibus maxime
delectati sunt isti mercatores seu
negociatores de quarum amissione
dolebunt. Et primo ponit illas
quibus abusi sunt sinistre(?) et usi sunt in
acquirendo uel retinendo uel
expendendo dicens Merces
auri i. q. d. rerum merces eorum
nemo emet amplius quia tunc non
ualebunt reputantur(?) ymo carere et
precio se quasi sunt. Merces auri et ar-
genti scilicet nemo emet et lapidis
preciosi qui autem dicuntur carbunculus
et margarite i. genus lapidis
preciosi. Et byssi que est genus lini egip-
ti candidissimi. Et purpure
et serici et cocci qui est flos
unde fit tincta pulcherrima
specialiter merces(?) eorum nemo emet
qua delectatur(?) et desiderabilia uidentur.

Et omne lignum thyinum i. cedrinum 17
nemo emet, et omnia uasa
eboris nemo emet, et omnia
uasa de lapide precioso scilicet
i. de cristallo nemo emet. et eramento
et ferro et marmore i. uasa de
hijs metallis facta nemo emet.
Et cynamomum et amomum
quia delectatur gustus nemo emet
specialiter uice(?) odoramentorum quo-
rumque et unguentorum et specierum(?)
et thuris et uini et olei et simile
et tritici et iumentorum et ouium et iumentorum
equorum et redarum i. quadrigarum
et mancipiorum et animarum hominum
i. puericie(?) hominum mercem scilicet eorum
nemo emet. Per hoc autem quod dicit
Animarum hominum innuit ut dicit glosa
quod quidam cum uenduntur fiunt
serui tantum corpore ut Joseph,
quidam autem et anima et corpore ut
egipcij uenditi iudeis
eorum ritum et cultum custodiebant
uel pagani hec(?) eorum ydola co-
lebant. Vel mancipia possunt dici
illi qui tantum corpore seruiunt
emptoribus suis et non mente
sicut Joseph seruiuit pharaoni
corpore sed non mente. Animas uero
hominum dicit qui seruiunt et mente
et corpore. Vel mancipia dicuntur
illi serui qui ad tempus uenduntur uel
simpliciter i. per totam uitam suam.
Et poma desiderij anime tue i.
que desiderabat anima tua disces-
serunt a te i. quecunque minima de-
siderabilia amittebis(?) et si mo-
date(?) illis adhesisti per amorem
perierunt. Et omnia pinguia et
preclara perierunt a te i. quecunque
delectabilia. Sapientie v Transierunt
hec omnia tamquam umbra. Ymo sic
fumus qui reliquit post se amari-
tudinem. Sic cum omnis rerum(?)
delectabilium transeat peracitas(?)
remanebit in mente pro dulcedine

15 pugeb memo vn Jaco. v.
Erugo eorz eit uobis i testio
et glo. qz intelligent se ma
le congregasse ea quibus no
indigebat ad usu vite postea
quibus puerent. Et amplius illa
no emet .i. no vendent
qz tu(n)c no eit tpe ul loco
negociandi. Mercatores horz
.i. predictorum vitiorum qui diuites
facti sunt ab ea babilone .i. ne
gociacoibz factis i ea longe
stabunt qz iam no poterunt
mala de cetero exercere. Vel lo
ge stabunt .i. stare longe ab
ea desiderabunt, tz no poterunt.
Vel longe stabit uoluntate
.i. dolebunt quod loge steterunt
ab ea p uite dissimilitudinez
pp timore tormentorz eius
.i. pp tormenta eius q ipi erunt
quorz continuatio timebit
z punica sp sentient, flentes
p comissis z lugentes p omissis
vel p hec nota continuatio do
lorz eorz. Et dicentes ex
nimio dolore Ve ve .i. pena
animi et corporis, ul sensus z
dampni. Ciuitas illa magna
.i. mundus seu malorz multitudo
q.d. despicit miseria afflicta
e illa ciuitas .s. animi et corporis
ul sensus z dampni, ul pnti z
futura. Que amicta erat bis
so z purpura ut diuites epto
lucerunt, vel bisso pp mollicie
carnis, purpura ad oculos
pp vanitate. Et cocco .i. pano
uiolaceo z roseo z deaurata
auro z lapide pretioso z mar
garitis. Quoniam una hora erunt i
inferno constat quod sz signa
ul note horum erunt ibi. Hec
[illegible] vetmebt in inferno me
moriat sig felicitas terrene
qua habuit i mundo q eic
eis i augmentu z cumulus pene

18 h aut signa siue note erunt a
erunt qui macule qb abusi
diuiciarz terrenarz hec sunt
que i pectum [illegible] qz
p aduenient z unq consumet
Eccli. xxvij. Cor tenere cum de
linquere delictum. Sap. xvij.
cz [illegible] cum eo qui fecit sit
tormenta patitur. hoc totu ab
illo. Merces autem pt expoi
moraliter de ypocritis qui
merces preciosas vendere i fine
mundo .s. utentes ul utuntur
opa q faciunt ut laudent
z ita p vana gla ul fauore
humano uendent oia q faciunt
De quibus dns promite Mt. 27.
Ite pocius ad uendentes z emite
uobis, sz tunc .i. die mortis ul iu
dicij non est qui emat qz
omibz apparebit falsitas eorz
z ignominia uiderit eorz. Vn
Naum iij. Reuelabo pudenda
tua i facie tua z ondam genti
bz nuditatem tua z regnis
ignominiam tua, pciam supte
abhominaciones tuas z contume
lijs te afficiam. Lo ad ultime
que in ept preciosa et sic ypo
crita cuius confusio tanto ma
ior est quanto semior uo pt.
Nunc pt uendunt ypocrite et
simulant se hre ouum sapie
diuine. Argentum spuale elo
quencie lapidem preciosum .s. car.
bunculum .i. eminencia con
sacrois seu margaritas .i.
candore uite aplice bissum
.i. sicorz iustificacoem purpura
.i. uiri amore Sericum .i.
uirginitatis splendore Coccum
.i. caritate lignum tyinum .i. constancia
indeficiente qz hoc lignum in
putribile est. Ebur castimonie
eis largiminis Ferrum pacie
marmor iuncte humilitatis

18

Cynamomum .i. pallorem penitentie. Amomum .i. opinionis redolentiam, et odoramentorum .i. oracionum sanctorum, et unguentorum .i. donorum spiritus sancti, et thuris .i. devocionis, et vini .i. compunctionis, et olei .i. pietatis sive compassionis, et simile .i. puritatis, et tritici sinceritatis, et iumentorum .i. laborum spiritualium, et ovium .i. simplicitatis et innocencie, et equorum .i. fortitudinis et strenuitatis, et redarum .i. auxilii et consilii ad supportanda onera infirmorum. Et mancipiorum .i. ministerii servitii et administracionis, et animarum hominum .i. racionalitatis. Horum omnium merces se simulant habere ypocrite et vendunt pro laude hominum, sed tunc nemo emet quia apparebit ignominia eorum; unde ad hoc sequitur: Et poma desiderii anime tue .i. odore bone fame qua pomis desiderant ypocrite discesserunt a te, quia tunc erit pro suavi odore fetor, ut Ysa. iii. Et omnia pinguia .i. omnis devocio, et preclara .i. omnis bona quam sancto [?] perierunt a te .i. perdiderunt ab ypocritis, et amplius illa non invenient iam .i. venderentur, quia omnium ypocritarum malicia prius latens tunc manifesta erit. Hic et totum exponit glosa de hereticis, quorum mercibus in hoc tempore aliquociens consentit [?], sed in fine seculi antichristo pereunte [?] emerunt, quia ab omnibus manifeste cognoscentur eorum doli et fallacie. In primo habent multas merces quas vendunt mercatoribus; habent enim aurum mundane sapiencie, argentum secularis facundie, lapides preciosos .i. pretextus exterius religiosos sed interius pravos, et margaritas .i. doctores du-

19

[illegible] Scriptura docente [illegible] quod ab exordio conditi orbis ex nichilo racionalis creatura superne manus operacione formata ante lapsum [illegible] angelice [illegible] nature serena luminis acie penetrabat archana celestium et illuminati profunditate pectoris [illegible] notitia [illegible] Sic autem [illegible] post peccatum ut quod prius libere ex [illegible] [illegible] intuitu postmodum [illegible] [illegible] mundane caliginis [illegible] medio non [illegible] [illegible] [illegible] casu letifero humane compages nature corruptionis [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible] [illegible] conclusa [illegible] que [illegible] nullo [illegible] [illegible]

acie sue intelligentie claritati patebant et quanto magis ex cursu temporis a primor-
diali formatione dilabitur tanto quidam efficitur fluxibilitate debilior et maio-
ri fragilitate tabescit in varias mutabilitates naturalium defectuum honorum
gloria permutata

Ovm Sed eius conditoris immensa benignitas volens quod tam ingenua creatura quam
sue similitudini conformaverat ruditate vilesceret sed caritate grosse reparans et gradatim
eam reparans in naufragiis mortifere iacturis extitit per inspirationem deperditum rude hominum
quem ad perfectionem discernibus viis naturalis efficere non poterat scientiarum artium re-
veravit dogmatibus erudiri sic quod dono dato divinitus plurima ydiomata na-
tionum sub diversarum linguarum varietate diffusa in unum convenerunt loquendi
latinitatis cameram, sicque literaliter gesta patrum et principum redacta sunt
et rediguntur in monumenta librorum. Sic veri et falsi doctrina certis regulis
et argumentis probabilibus discernuntur. Sic generationis et corruptionis corporum
commixtorum credo simplicitas ex elementorum qualitatibus discernitur. Sic
vis inferiorum agnoscitur qua sub cursu celestium gubernatur. Sic rimore geometria
scolastica doctrina metitur quaslibet longitudinis et latitudinis sublimitatis
et profundi distantias mensurarum estimatione distinguens. Sic quoque superiorum corpo-
rum essentie prout moventur et consistunt in ordine philosophia perscrutatur licet multis
habeatur notitia licet sit res in intellectu difficilis et pene acumen rationis humane
transcendat. Sic deus utrumque mens cognitio quo hec mirifica divinitus. Sic quoque
ad sinarum acceditur altitudinem scripture et clericorum ipsius coniuncti de litte-
ris scribus scriberent

Nequaquam sic et si omnes ad perfectionem intellectus adveniat ut dicit Albertus tra-
ctatu ethicorum longe tamen amplius et excellentius eorum doctrina que docet
exhibere diis cultum perficit intellectum humanum per omnes etenim etates seculi
via fuit mortalibus sive divinitati seu diis quos tales esse putabant supra
omnia exhibere honorem tamen ipsis non redditur equivalens ut dicit ethicorum

Et quoniam diversi mores hominum varii ex influxionibus celorum reperiebantur in diversis
Philoz orbis habitantibus pro diversis temporibus se sequentibus successive diverse
gentes diversas religiones et sectas habebant quibus unaquaque gens cultum
deo suo exhibere curabat. Circa quarum religionum et sectarum sibi invicem succedentium
et quasi simul existentium originem philosophi curiositate sua et ingenio sua acu-
mina dantes dicebant sex esse principales religiones seu sectas quibus
cultum deo suo unusquisque populus exhibebat Iudaica prima caldaica
secundam egyptiaca terciam sarracenorum quarta christianorum quintam antichristi sexta
que futura est. Capta enim occasione ex dictis antiquorum ut recitat beatus
Augustinus in libro de civitate dei dicebant Iovem esse summum deum quem
dicunt significare super sapientiam intellectum et cultum divinum super interpre-
tationem scripturarum fidem et legis doctrinam religionem et adaptationem morum
non efficienter sed inclinative prout corpora quorum dispositionem sequuntur
anime complexionum celestium aliter et aliter disponuntur. Quem Iovem
videbant in motu suo coniungi cum sex planetis significatoribus earum
que sunt in rebus aguntur et hanc iuxta testimonia planetis dedicata sub

signis zodiaci que testimonia vocant domos exaltationes triplicitates facies et terminos. Declarant homines secundum religiones et sectas surgere ex hiis coniunctionibus et testimoniis subortis prout hec deducit Nicolaus de Argentina in libro quem scripsit ad Johannem papam. Unde declarant quod si Jupiter complectatur Saturno significat leges divinas et signat de secta iudaica quia est vetustior aliis et prior sicut Saturnus pater planetarum dicitur remotior et prior in ordine tardior in motu. Apparet quod etiam iudaica sectam omnes secte consentiunt et ipsa nulli alii sicut Saturno omnes planete complectuntur et ipse nulli propter tarditatem sui motus quia semper aliquis planeta est ante eum adveniente ipso Saturnus [illegible] complectitur ei sed in tantum invaluit ille planeta quod tandem tamen coniungitur Saturno et ei complectitur. Ita omnes secte appodiant se ad sectam iudeorum quia ipsa fuit prima. Nam tota fere omnes philosophi et poete fuerunt post Moysen et legem datam. Latinus enim primus inventor litterarum grecarum fuit tempore Josue et tempore Aiot iudicis in Israel. Sub Gedeone Orpheus. Sub Samuele Omerus poeta. Sub Josia rege Septimus primus philosophus Tales Milesius et omnes de septem sapientibus et Solon Atheniensis claruerunt et sic descendendo ad alios ut ex processu beati Augustini in libro de civitate Dei et magis ex Josepho et Beda in libro de temporibus et ex cronica Elinandi et ex libris Tullii in questionibus tusculanis. Ex quibus apparet religionem iudeorum esse vetustiorem aliis sicut Saturnus est prior aliis planetis.

Si vero Jupiter coniungatur Marti dicunt eum significare super legem et sectam Caldeorum que docet adorare ignem cuius nature Mars est in naturali potentia et effectu. Si vero Jupiter complectatur Soli significatur lex Egyptiaca que docet colere miliciam celi cuius princeps est Sol de qua Jeremie xliiii° faciamus vota nostra que vovimus ut sacrificemus regine celi et libemus ei libamina. Si vero Jupiter complectatur Veneri significatur lex Saracenorum que tota voluptuosa est et venerea quam licet Machometus in scriptis redegerit in Alkorano et in libro maledicto quem intitulavit Macometi [illegible] de blasphemiis beate virginis et hoc post sexcentos annos post nativitatem Christi et amplius ut ex differentia annorum Christi et Arabum apparet tamen per longa tempora ante fuit in usu vite hominum. Unde [illegible] in libro de coniunctione vetustissime dicit eam esse [illegible] in temporibus suis dicit lege in qua licebat quadruplices libere putatur scripta licet super hoc nondum lex videretur.

Si vero Jupiter complectatur Mercurio significatur lex Mercurialis. Mercurius enim ut dicunt habet respectum ad divinitatem et oracula prophetarum et credulitatem et orationem et cultum dei et maxime quando ei coniungitur Jupiter. Quam tamen significat super modum psallendi et super libros divinos. Et dicunt quod lex Mercurialis est difficilior ad credendum quam alie. Habet enim multas difficultates propter motus Mercurii difficiles cuius motus est in epiciclo ecentrico et equante in quibus considerantur sui motus longitudinis et reflexus et inflexus et motus latitudinis per declinationem ecentrici ab orbe signorum ad septentrionem et meridiem et per declinationem epicicli ab ecentrico in partem septentrionis et meridiei fiunt variabiliores et difficiliores aliis motibus

planetarum sicut patet ex dictis Ptolomei et Alfragani. Et propter hoc ut dicunt
significat super legem que habet difficiles articulos et occultas veritates cuius-
modi est lex christiana. Sed quia mercurius est significator scripture profunditatis
scientie et eloquentie suavitatis sermonis et velocitatis explanationis ideo
significat quod hec religio tum auctoritate scripture et tot profundis scien-
tiis defendetur et tanta eloquentie pietate fulgebit quod semper in robore suo stabit
donec lex ultima scilicet lune perturbet eam ad tempus. Et ideo dicebant auctores
predicti ante plura centena annorum quod hec lex est prophete de virgine nascituri
sicut a prima etate mundi docuerunt Indi Caldei Babilonii et Perse ut habetur
ex auctore Albumasar in libro sexto sui introductorii in astrologia qui
dicit primum prophetam venturum Noe et filium eius Sem hoc primum docuisse
Caldeos per artem astrorum. Et convenit secundum eos lex christiana legi mercuriali.
Mercurius enim secundum omnes astronomos in virgine maximam habet potestatem. Nam
cum sint in virgine dignitates quinque et testimonia seu fortitudines quinque que dicuntur
planetis ratione signorum zodiaci habet mercurius in virgine quinque scilicet domum
exaltationem triplicitatem faciem et terminum. Sicut enim domus solis est leo et cancer
domus lune et sic de aliis domibus planetarum ita domus mercurii est virgo.
Et sicut sol exaltatur in ariete et luna in thauro Saturnus in libra et sic de aliis
exaltationibus planetarum ita mercurius exaltatur in virgine. Et sicut triplicitas
solis est aries leo et sagittarius et sic de aliis triplicitatibus planetarum
ita triplicitas mercurii est thaurus virgo et capricornus. Et sicut Jupiter
habet fines sex gradus arietis pro termino et sic de aliis terminis planetarum
ita mercurius habet septem gradus virginis pro termino et ultimos decem
gradus pro facie eiusdem signi. Et sicut Saturnus gaudet dicitur in aquario
Jupiter in sagittario et sic de aliis gaudiis planetarum ita mercurius gaudet
in virgine. Et ex hiis igitur apparet manifeste quod omnes suas potestates
dignitates et fortitudines seu testimonia mercurius habet in virgine. Et propter hanc causam
docuerunt astronomi legem mercurialem esse religionem prophete de virgine nasci-
turi cum nondum sit natus quam vocant religionem christianam.

Si vero Jupiter coniungatur ~~cum luna~~ lune dicunt astronomi quod erit lex
lune et erit ultima quia circulus lune est ultimus. Et ideo erit lex corruptibilis
que violabit omnes alias leges et suspendet etiam mercurialem ad tempus. Luna enim
ut dicunt significat super nigromantiam et mendacia ideo lex lune erit nigro-
mantica et mendosa et propter velocitatem lunaris motus significat super
corruptionem istius legis que in se erit corrupta et alias corrumpens nec tamen
multum durabit ut dicunt quia luna mutatur velociter a sua figuratione
lucis et motu propter sui circuli brevitatem. Et hanc ut dicunt statuet aliquis
magus et potens qui compellabit alios et credunt astronomi moderni fideles
quod hec est lex antichristi que ultima in fine mundi adveniet et inducet
legem ~~[illegible]~~ corruptionis et infamabit multos per artem magicam et
mendacia.

Sic ergo patet quod ex coniunctione Jovis cum aliis sex planetis fiunt
secundum astronomos principales sex secte seu religiones in diversis
partibus orbis. Et unaquaque religio habet suam sectam et suam doctrinam

quibus studet celi deum suum rapta sue religionis doctrina Iudei namque
et Caldei et Saraceni libros habere dicuntur quibus suas credi certant errores
sicut et christiana religio habet suam scripturam de qua nobis sermo est per quam
suam credi mittitur veritatem.

Nos igitur non sequimur religionem et sectam caldaicam quia fatua Non saracenam
quia irrationabilis Non machometi quia irrationabilis abhominabilis Non
iudaicam quia abolita Non antichristi quia insana fatuum est enim ignem pro deo
colere qui se ipsum non nisi per appositionem combustibilium potest conservare
ut dicitur 2o de anima Irrationabile est celum militiam celi pro deo colere non
creatorem sed creata colere Abhominabile est colere sathanam Machometi
que se colentes non purificat sed commaculat et inquinat quia inquinare
sunt ... illius in cuius tempore persequitur 9o Detestabile est servare legem
iudaicam que se observantes post publicationem legis evangelice non iustificat
sed condempnat ad Ro 7o ... horrenda est obedire legi antichristi que
colentes se perducit ad cruciatus eternos Apoc ... xxo

Sequenda igitur est et colenda lex et religio christiana que docet celi unum
verum deum et unum eternum omniscientem omnipotentem creatorem celi et
terre regnantem sine principio et sine fine Hec est religio cuius nos cultores sumus
veritatis et stabilitatis sue recipit fulcimentum Nedum ex scriptura novi et
veteris testamenti et prophetarum oraculis apostolorum testimoniis sanctorum doc
torum dictis autenticis que notissima sunt cultoribus christi se se in illis exercitantibus
sed etiam recipit sue veritatis probationem vel potius aliquam persuasionem
ex scriptoribus doctorum Ebraice religionis qui licet scripturas veteris testamenti
ad suum sensum deflectere conati sunt pro defensione pertinaci sui erroris
quadam sunt in multis sensum verum scripture credidum dicere sunt coacti et patet ex
processu dialogi ... scripturarum habet etiam persuasionem ex dictis astrono
morum philosophorum et poetarum certissimorum qui ea que religionem christianam etiam
evenerunt et adhuc ventura sunt longe ante christi adventum et ex post
ventura esse dixerant quorum dicta et auctoritates inducit Nicolaus de argentina
in libro quem scripsit ad Johannem papam ponens persuasionem ex dictis eorum
ad articulum Incarnationis passionis resurrectionis adventus ad iudicium
et sic de aliis Et inducit platonem de quo dicit Augustinus in libro confessionum quod
in libris platonis vidit persuasum esse pluribus rationibus quod in principio
erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum licet
tamen dicat quod per verbum non intelligitur filius sed ratio ydealis productionis
rerum Inducit etiam Lactantium ... in radicibus moralis philosophie
Albumasar ... libro sui introductorii virginem in Bethelem qui mortuus
est anno ... Octaviani Christus vero natus est anno tricesimo
imperii eiusdem Sic virgilius recepit testimonium de christo a Sibilla Cumea
prout tangit b. Augustinus in libro de civitate dei allegans versus virgilii
Ultima Cumei iam venit carminis etas Magnus ab integro seclorum
nascitur ordo et Allegat etiam testimonium alterius Sibille cuius vatici
nium prosequitur b. Augustinus xviii li. de civitate dei c. xxiii ponens eius versus
viginti septem translatos de greco in latinum qui incipiunt Iudicii signum

tellus sub sudore madescit et quorum versuum si capita coniungantur in greco
constituunt quinque dictiones latinas scilicet istas Ihesus christus dei filius salvator
prodidit etiam Guido in libro de conversione vite sue qui incipit ut in
annalibus reperitur usque ad annum tiberii scilicet post duos annos post mortem
Augusti qui dicebat quod vicesimoquarto anno Octaviani erat quedam
coniunctio stellarum que significabat post sextum decimum scilicet anno tricesimo
imperii eiusdem debere incipere novam sectam et eodem anno debere prophetam
nasci de virgine Quo anno scilicet tricesimo Octaviani fuerat christus natus
nec dicendum quod quantum ad hanc constellationem non est omnino signatum
Si enim revolvantur motus saturni et iovis per sex annos quinque dies et
sex horas ante nativitatem domini reperietur coniunctio super caput arietis oriri
coniunctio precedens fuit in cancro et mutata fuit triplicitas de signo aqueo
in signum igneum fuit igitur tunc coniunctio magna saturni et iovis supra
caput arietis que solet venire in viginti annis Et si fuisset super ipsum
prior capite arietis fuisset coniunctio maxima que solet evenire in nongentis
sexaginta annis Que coniunctiones magna et maxima significant super
sectas prophetarum et sublimationem regnorum prout deducit Nicolaus de
argentina hanc practicam in dicto libro per singulos gradus et minuta
et alias figurationes Idcirco dicta aliorum philosophorum plurium et astronomorum
quorum dicta et auctores et si in promptu haberem tamen eas omitto
quia defecit michi tempus Sed quia huiusmodi per figurationes et dicta philosophorum
non sunt nobis necessarie Ridiculum enim esset si fides nostra ex hiis sumeret
suam probationem ut dicit beatus Thomas in prima parte q. [illegible] Tum etiam quia
falsum est opinionem fato subici licet possent dici signa sue nativitatis sidera
fuisse innuentia nobis hoc quod deus aliquando fieri disposuit per naturam
vel per operationem humanam vel per operationem suam iuxta beneplacitum sue libere
voluntatis ut dicitur in libro de triplici planetarum
Tum etiam quia sacra hec de qua nobis sermo est sufficientissima est
ad probandum ea que sunt religionis christiane tamquam caput longe et
lux omnis veritatis de qua dicit beatus Cyprianus in epistola ad Pom-
peium Si ad divine traditionis caput et originem revertamur cessat error
humanus et sacramentorum celestium ratione perspecta quicquid sub caligine ac nube
tenebrarum obscurum latebat in luce veritatis aperitur et paucis interpositis
subdit Si in aliquo nutaverit et vacillaverit veritas ad originem dominicam
et evangelicam et apostolicam traditionem revertamur ut inde surgat actus nostri
ratio unde ordo et origo surrexit Et propter hoc dicebat beatus Gregorius xx°
moralium quod sacra scriptura omnem scientiam atque doctrinam sine aliqua com-
paratione transcendit ut taceatur quod vera predicat quod ad celestem patriam vocat
quod a terrenis desideriis ad superna amplectenda cor legentis mutat quod
dictis obscurioribus exercet fortes et parvulis humili sermone blanditur
quod nec sic clausa est ut pavescere debeat nec sic patet ut vilescat inde
est ut dicit idem libro moralium quod omnis scientia humana quantumlibet acumine
polleat insipientia est unde sapientie comparata hec est illa scientia de qua

Dicit Simon de Cassia libro viii° que morum omni reformationi sufficiunt variorum
monet / sensum excitat / affectum inundat / ut aiunt qui veritatis dicit / nulla
cautela fugiendorum / nulla virtus agendorum / nullus ordo meritorum quam in ea non
reluceat / hec est que inferiores consolatur / superiores animat et confortat
Est enim rigans montes de superioribus et de fructu operum eius saciabitur terra
ad sensum infra dicendum

Hec autem scriptura aliis omnibus comparata ipsis in quatuor excellentiis eminere
videtur / Ex quibus ipsa redditur commendabilis, scilicet in auctoris dignitate / compi-
lationis firmitate / sermonis seu verbi suavitate refectionis spiritualis satietate
que quatuor in quatuor libris sententialibus suarum correspondentia tanguntur
in verbis thematis. Primum tangitur cum dicitur rigans montes et hoc quo ad
primum librum. Auctor enim est summa sapientia et maiestas divina de qua in primo
libro agitur. Monti comparatur in scriptura Exodi 19 qui tetigerit montem morte
morietur. Secundum tangitur cum dicitur de superioribus suis et hoc quo
ad secundum librum / Superiora enim inter res creatas de quibus rebus tractatus agitur
in secundo firmiori stabilitate consistunt / iuxta illud / Verbo dei celi firmati
sunt psalmo 32 Et proverbiorum viii° qui ethera firmabat sursum et libra-
bat fontes aquarum / Tertium tangitur cum dicitur de fructu operum tuorum et
hoc quo ad 3m librum. Verbum enim incarnatum de quo in tertio agitur est
omni suavitate repletum iuxta illud psalmi 33 Gustate et videte quoniam suavis
est dominus. Quartum tangitur cum dicitur saciabitur terra et hoc quo ad quartum
librum. Saturitate enim sacramentorum de qua agitur in quarto / terra id est homo de
terra factus et per verbum reparatus sufficienter reficitur iuxta illud Animam
esurientem satiavit bonis psalmo 106

Dimissis aliis tribus membris postea circa materia aliorum librorum deducendis
dico primo quod sacra scriptura excellit alias scientias auctoris dignitate. Huius
testis est beatus Augustinus xi libro de civitate dei in c° primo ubi sic incipit Civitatem
dei dicimus cuius ea scriptura testis est que non fortuitis motibus animorum
sed plane summe dispositionis providentia super omnes omnium gentium litteras omnia
sibi genera ingeniorum humanorum divina excellens auctoritate subiecit Et propter huius
subiectionem activam de ea dicit Simon de Cassia ut eminat in ea esse excel-
sam auctoritatem / huic sic omnia parent / huic nichil est contrarium / hanc
demones impugnare non audent / immo horrent et quamplurimum reverentur sed
declaratum est in victoria Christi quam fecit adversus Sathanam per scripturam
Math. iiii° Et si eius virtutem placet audire attendamus dictum beati Augustini
super illud psalmi 2 Reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes
eos sic dicitur scriptura regit in ferro ministerio inflexibiles et terrenas cupidi-
tates veteris hominis feda negotia et quicquid de limo peccatore contractum est confringit
vitas meas fumes et miram que sunt delectationes dissolvit Nam carnis
concupiscentia et oculorum abiguntur ad seculi superbiam afflicti(?) parentum sunt
ad verum eternum fructum que nulla commutatione violantur attollit Et sequitur
ibidem beatus Augustinus Si innovari desideratis si lutea tegumenta deponere

Si vasa carnalis erroris abiit. Si omnia que ad vitam perfectam pertinent amauit
Si illud quod servile et bestiale est eradicare. Si nunc quasi non merito se pugnare
carnem castigare in servitutem redigendo Et si voltis esse reges iusticia intelli
gite et erudimini qui iudicatis terram Apprehendite sacre scripture disciplinam
quia ipsa est presidium et munimentum contra omnia que possunt obesse homini

Hec autem auctoritas eius et dignitas potest apprehendi ex tribus in ea manifeste
repertis scilicet ex altitudine nobilitatis ex certitudine delectabilitatis ex fecundi
tate vtilitatis que tria repetendo dixi primo quod auctoritas huius scientie apprehenditur ex
altitudine nobilitatis Est enim alta et nobilis quia non ab homine mortali
sed ab altissimo et nobilissimo auctore deo inspirata 2a petri 1o Non enim vo
luntate humana aliquando allata est prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt
sancti dei homines que ex ore altissimi prodijt Ecclesiastici 24 Vnde beatus Gregorius
super moralia Scripturam sacram deus condidit vt in ea vel publicis vel occultis
questionibus responderet Dante quod ~~auctoritas~~ altitudinis est et auctoritas 2m
beatus Gregorius omelia 1 super Ezechielem Vt quanto in ea inveniuntur credendum est quia
eius prora simplici componitur vita et eius magna subtilem edificat intelli
gentiam De hac intelligentia dicebat propheta super omnes docentes me intellexi
quia 2m beatus Gregorius illud ipse divinam scientiam plus quam moyses accepit Diuina
namque scientia per tempora crevit incrementa plus enim deus Moysi innotuerat quam
magis Abrahe tamen sancte ad patrem loquebatur plus ipse Dauid quam moysi qui
super senes se intellexisse dicebat plus apostolis quam regibus et prophetis quibus
dicebat ~~veritas~~ luce 10 multi reges et prophete voluerunt videre que vos vi
detis et non viderunt

Alta quippe est hec scientia que rigat montes i. apostolos et predicatores qui
montibus comparantur vt dicit glossa super illud psalmi preparans montes in vir
tute tua et hec de superioribus i. de altioribus archanis vt apparuit primo
Non enim eius cognitio attingibilis est lumine intellectus creati Et si enim vt
dicit Richardus super apocalipsim li 2o prima philosophia dicat de deo quod sit inde
pendens simplex purus actus delectatio vita optima in natura summum ~~[illegible]~~ firmus
solitarius vnitus principium et mouens non motum Nichil tamen dicit explicite
de ~~deitate~~ vnitate essentie et trinitate personarum de spiritu sancto et appropriatis
vel attributis earum et alijs archanis huius scientie que creduntur in ea nisi
ymmo non sunt nota quod lumine naturali sed reuelatione facta diuinitus
patribus apostolis et prophetis prout tangit beatus Augustinus 11 li de ciuitate dei c 2o Quibus
credidit deus mundum fecerit nulli potius credendum est quam ipsi deo vbi enim
audiuimus inuicem melius quam in scripturis sanctis vbi dicit propheta eius
In principio creauit deus celum et terram Nunquid ibi fuit iste propheta quando
deus fecit celum et terram Non sed ibi fuit sapientia dei per quam facta
sunt omnia que in animas sanctas se transfert amicos dei et prophetas
constituit eisque omnia sua sine strepitu ~~[illegible]~~ intus enarrat hec beatus Augustinus

Alta igitur est et nobilis huius altitudo et nobilitas arguitur ex obiecto
nobiliori / ex modo procedendi certiori / ex fine utiliori / a quibus eciam scientie
dicuntur suas capiunt dignitates ex 1° de anima et 2° metaphysice habes enim doctrina
dei ex obiecto nobilitatis celsitudinem / ex modo procedendi veritatis certitudinem
ex modo fine utilitatis plenitudinem / De cuius obiecti celsitudine dicitur
Apocalypsis 41° An aut altissimus in eternum domine / De secundo Danielis 10
Annunciabo tibi quod expressum est in scripturis veritatis De 3° ubi thema
de fructu operum tuorum saciabitur terra Rigat namque montes hec sciencia
non enim versatur in valle sensualitatis cum non sit de sensibilibus infra racionem
que per sensus percipimus / non versatur iuxta collem racionis / cum non sit de sensibi-
libus iuxta racionem que ductu racionis credimus sed fundamenta eius sunt
in montibus sanctis cum est de sensibilibus supra racionem que divina revelacione
aut scripturarum auctoritate credimus que sunt profundissima misteria de quibus
agitur in scripturis hec est per huius rigacionem ascendunt montes et descendunt
campi Ascendunt montes i prelati libera contemplatione et descendunt campi i
subditi voluntaria subiectione ut exponit Lincolniensis et hoc in loco quo studiosi
lis scientiam enim secundum dona ipsis collata dicitur Ecclesiastes 1 in eccle-sia alios dedit
apostolos alios autem prophetas 3° doctores qui sunt montes rigati per hanc scienciam
De ea igitur recte dicebam quod ipsa est rigans montes de superioribus suis de
fructu operum suorum saciabitur terra et hoc de primo

Dicebam in secundo membro subdivisionis quod auctus huius scientie apprehenditur ex
gratitudine delectabilitatis Est enim grata et delectabilis de qua dicit Symon
de Cassia quod ipsa est sciencia veritatis que sola certificat hominum animos in curvatos
suspendit delectacione refovet et in ipsam summam veritatem elevat et manuducit
hec est de qua potest dici illud 1 ad Thimotheum 1° quod est sermo omni accepcione dignus
que cum appetitum hominis sit videtur irrigare Omnes enim homines natura scire desi-
derant secundum philosophum metaphysice et Tullius libro 1° de officiis ait quod cuncti aviditate cognoscere
ut ex nostra condicione / homo enim
ex culpe corrupcione ex gracie reformacione Ex nostra condicione / homo enim
in exordio in rectitudine conditus insitum reperimus ad sapientiam appetitum / Ex culpe
corrupcione quia homines post creacionem a rectitudine declinarent cuius obscuritatem
racionis et ignorancie tenebras meruisse patet quod appetit scientiam ut ex tenebris procedat
in lucem Ex gracie reformacione quia homo ad similitudinem dei facto post repa-
racionem promior est ascensus ad sciencias et virtutes
Omnis igitur intellectus creatus ex hiis tribus inhiat sciencie delectatur Sicut enim
oculo corporali delectabile est videre solem Ita oculo spirituali delectabile est vide-
re speculari in lumine huius sciencie que solis non immerito comparatur Sicut enim sol
est maioris splendoris in claritate ut dicitur Ecclesiastici 1° Maioris
fervoris in caliditate Ecclesiastici 43° Sol in meridiano exurit terram in conspectu
ardoris eius quis potest sustinere Maioris valoris in fecunditate unde per
accessum eius fit generacio homo enim hominem generat et sol 2a physicorum Maioris
dulcoris in suavitate Ecclesiastes 11 Dulce lumen et delectabile est oculis vide-
re solem que summam non mediocre delectamentum afferre videntur Sic ista sciencia

est maioris splendoris in claritate cognitionis Maioris fervoris in caliditate dilectionis Maioris valoris in fecunditate predicationis Maioris dulcoris in suavitate contemplationis De primo dicitur psalmo 118 lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis verbum tuum De 2o ibidem ignitum eloquium tuum vehementer De 3o proverbiorum 1o Sapiencia foris predicat in plateis dat vocem suam De 4o ecclesiastes 40 (?) mens mea completa est multa sapientia hic est thezaurus qui violencia non aufertur Math 6o Thezaurizate vobis thezauros in celis i. in celestium cognitione ubi nec erugo nec tinea demolitur antiquitate non corrumpitur quia est thezaurus sine defectione sanctitatis Ecclesiastici 20 admiratione multiplicatur Ecclesiastici 41 Sapiencia abscondita et thezaurus invisus que utilitas in utrisque tum iocunditate possidetur Ecclesiastici 1 iocunditatem et exultationem thezaurisavit super caput eius Item quia thezaurus componitur ex auro in quo splendor intelligentie ex argento in quo nitor eloquentie ex gemmis in quo virtus bone operacionis ex vestitis in quo honestas bone fame De quo dicitur Ecclesiastici 40 In thezauris sapientie intellectus et scientie religiositas De 2o Ecclesiastici 51 Assumite disciplinam in multo numero argenti et copiosum aurum possidete in ea De 3o proverbiorum 8o In viis iusticie ambulo in medio semitarum iudicii ut ditem diligentes me et thezauros eorum repleam De 4o Sapientie 7o honestate illius non abscondo Infinitus enim thezaurus illius hominibus quo qui usi sunt participes facti sunt amicitie dei hec est irrigans montes i. doctores et predicatores qui erudiunt plurimos Est enim fons de quo dicitur Iohelis 3o Egredietur fons de domo domini et irrigabit torrentem spinarum Merito ergo dicam dirigo verba thematis Rigans montes de superioribus suis de fructu etc. Et hoc de secundo

Dicebam in 3o membro subdivisionis quod auctas huius scientie apprehenditur ex fecunditate utilitatis rigat enim montes ut fecundetur. Dicit psalmista tange montes et fumigabunt psalmo 143 Unde dicit frater Symon de Cassia libro 7o c(apitulo) 30 quod non reperitur sciencia que melius hominem in cognitione determinaret admoneret et decoraret quam ista que posset melius prava dissuadere et pravam contentare (?) et status seculi et futuri facta edocere nisi hec quia nec mentiri nec errare potest Audi quid petrus Blesensis utilitatem sacre scripture et efficaciam verbi dei Si tepidus es sacram scripturam lege attentius et inflammabit te Nam ignitum eloquium eius vehementer Si ambulas in tenebris scilicet ignorantie agendorum Audi quid loquitur deus in ewangelio et prophetis et erit lucerna pedibus tuis verbum eius et lumen semitis tuis Si aliqua immunditie macula fedaris mundabit te sermo ipsius Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis Unde Lactancius de vera et falsa philosophia explicans eius utilitatem dicit Tantum sacre scripture verba in animum hominum valeat ipsa cottidiana experiencia demonstrat que sic hominem immutat ut deposito vetere et novum reddat Ideo b. Ieronimus in epistola ad cellanciam dicit Precipue tibi sacram sit legere nosse divinam per quam possis quasi pictura cerne exempla sanctorum et quod faciendum sit et

Ut vitandum illius templo disce magnum implere dominus eloquiis animum
et quod opere exequi cupias semper et corde meditare hec b. Jeronimus

Utilitas aut huius sermonis consistit ex tribus scilicet ex clarificatione ex promis-
sione et ex erudicione Ex clarificatione clarificat enim et dirigit aspectum
racionis ad videndum et meditandum attrahit affectum voluntatis ad diligendum
2o ad thess. 3o Orate pro nobis ut sermo dei currat et clarificetur Ex
promissione promittit enim habundanciam et securitatem proverbiorum primo qui autem
audit me absque timore requiescet et habundancia perfruetur timore malorum
sublato Promittit cognicionis veritatem Johannis viii Si manseritis in
sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas
liberabit vos Promittit mundiciam et puritatem Joh. 17 Jam vos
mundi estis propter sermonem meum quem locutus sum vobis Promittit eciam
excellentiam et dignitatem unde de cultoribus eius dicitur Sapientie 7o accipiet
regnum decoris et diadema de manu domini Promittit eciam quasi stelle in perpetuas
eternitates Danielis xii Promittit vite eterne capacitatem Ecclesiastici 24o
qui elucidant me vitam eternam habebunt Ex erudicione aut patet eius
utilitas Omnis enim scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum
ad corripiendum ad erudiendum 2a ad Thimo. 3o utilis inquam est ad erudiendum
Est enim mea doctrina contra cecitatem ignorancie Paciencia contra angustias
maliciæ consolacio contra mutacionem huius miserie Spes contra dilacionem patrie
Unde quatuor tangit apostolus Roma. 15 Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt etc. Primum ut per pacientiam tercium et consolacionem scripturarum tercium
spem habeamus tercia etc. Hec est ortus irriguus fons signatus puteus aque vive
ortus irriguus propter eius delectabilitatem fons signatus propter eius difficultatem puteus
aque vive propter eius fructuositatem De primo Ecclesiastici 36 Terra illa multa facta est velud
ortus voluptatis De 2o proverbiorum 27 Aqua dei celare verbum De 3o Canticorum
4o Puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano

Aquarum inquam viventium puteus est Johannis 4o puteus altus est Altus inquam
quia per eam alti montes rigantur scilicet videlicet apostoli et predicatores De superioribus
suis id est de altioribus archanis quod fit ad similitudinem plante que rigatur ut
in radice firmetur ut in ramis dilatetur ut in fructibus fecundetur Sic pariter
etiam anima racionalis que mons dicitur irrigata spiritualitatis rigatur ut in radice fidei
firmetur ut in ramis caritatis dilatetur vel in fructibus spei et pacis fecundetur
sic quod de fructu eius saciatur homo de terra factus propter quod de ea verba thematis
recepto Rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum saciabitur terra que
fuerunt verba totam versus occurrentis in principio proposita

In quibus verbis per introductionis quatuor iterum tanguntur scilicet divine essencie
amplitudo et hoc quantum ad primum librum quod tangitur cum dicitur rigans montes
Est enim dei quod amplissimum est Jeremie 12 celum et terram ego impleo
monti comparatur Danielis 2o Lapis aut qui percusserat statuam factus est
mons magnus et implevit universam terram Et tangitur divine sapiencie magnitudo
quo ad secundum librum cum dicitur de superioribus suis superiora enim sunt et

per cuius sapientiam condita sunt. Jeremie 51 preparavit orbem in sapientia. Tertio tangitur humane reparationis promptitudo quo ad 3m librum cum dicitur de fructu operum tuorum. Fructus enim reparationis humane advenit ex verbo incarnato scilicet ex fructu ventris virginei de quo tractatur in 3o per quod facta est reparatio humana iuxta illud Ysaie 27 ~~dimittetur~~ dimittetur iniquitas domui Jacob et iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius. Quarto tangitur humane curationis certitudo quo ad quartum librum cum dicitur satiabitur terra. Terra enim id est homo de terra factus terrenis se implicans et resurgens satiabitur sacramentis que de Christi latere profluxerunt de quibus agitur in quarto. Iuxta illud Adipe frumenti satiat te ps^mo 147.

Omissis aliis tribus membris alios tres libros concernentibus de quibus in locis suis dicetur, dicebam in primo membro primum librum respicere quod in verbis predictis tangitur divine essentie amplitudo de qua agitur in primo libro. Tanta est enim divinitatis amplitudo ut dicit Augustinus quod mens de deo cogitans deficit cum sit incomprehensibilis, sensus eum non percipit cum sit invisibilis, lingua eum non explicat cum sit ineffabilis, tempus eum non mensurat cum sit interminabilis, locus eum non capit cum sit incircumscriptibilis, desideria et vota transcendit cum sit incomparabilis, et omnis creatura ad eum comparata deficiens habet tamquam finitum infinito comparatum. Unde secundum B. Bern. 5 de cons. Deus superior est per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, et interior per subtilitatem, sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans. Ecce amplitudo essentie divine de qua primus liber considerat in quo magister Petrus natione Lombardus ~~alias cantor dictus~~ determinat septem. Et cum hac divisio primi in septem partes. In prima parte ostendit de qua agit hec scientia quia de rebus altissimis et signis ostendens in quibus rebus contingat uti frui et quibus uti. In secunda parte agit de misterio altissime trinitatis et unitatis divine ostendens in summa quis ordo sit servandus agendi de sancta trinitate et quia in canone sacre scripture possunt inveniri diverse auctoritates quibus astruitur unitas et trinitas personarum et quia in creatura reperitur vestigium trinitatis et in anima rationali ymago trinitatis, per hec animadvertimus humanam mentem in contemplatione tante altitudinis deficere et hic ut dicit Augustinus. Et quid homo factus est ad ymaginem dei qui ipsius sapientie et summo et beatitudinis particeps esse potest. Et hec pars incipit in 2a distinctione et continet duas distinctiones.

In tertia parte excludit quosdam errores contra hoc dubium utrum deus genuit se deum vel alium deum et utrum essentia essentiam vel persona personam ingerens questionem de potentia et voluntate generandi filium per hoc reducens nos ad ea que sunt de fide tenenda erroribus exclusis. Et hec incipit in quarta distinctione et continet distinctiones quatuor.

In quarta parte agitur de immutabilitate et simplicitate divine essentie que pars incipit in distinctione octava et continet unam distinctionem.

In quinta parte agit de distinctione personarum et de qualibet persona singulatim et incipit in nona quasi distinctione que pars continet xxv distinctiones

In sexta parte agit de proprietatibus illarum personarum unde sunt et quid sit
eas percipere vel cognoscere et de quibusdam nominibus que dicuntur de ipso vel
appropriate de divinis ~~nominibus~~ personis que pars incipit in distinctione
vicesimaquarta et continet octo distinctiones

In septima parte agit de quibusdam que dicuntur de deo quoad essentiam que propter
difficultatem sui proprium tractatum requirunt et de scientia divina a qua nichil
excluditur de prescientia quam nullus evadere potest et de predestinatione sine qua
nullus beatus esse potest et de divina potentia et divina voluntate sine
qua nichil potest produci in esse et hec incipit in distinctione xxxv et continet
quatuordecim distinctiones usque ad finem

Et quamvis quodlibet predictorum propter sui altitudinem excedit intellectum
humanum tamen quia intellectus creatus reperitur per scientiam istam sicut capax
est divine similitudinis cum sit ad ymaginem dei factus ita eciam suo modo
potest esse capax cognicionis essencie et magestatis divine eruditus in hac
scientia quam regunt quamplures doctores etc qui docent alios et illustrati
gratia spiritus sancti quantum mentem illuminat et veritatem ostendit quia veritati
et [illegible] hic in via et beate vivamus in patria det nobis
ille qui est via veritas et vita que est deus per secula benedictus
Amen Et hec de sexto

Quantum ad tercium questio determinanda est ista v. fol. 457

[E]t quia iuxta Tuliane eloquentie vetustate contextum proverbium li. 1 de offi-
ciis duo genera liberalitatis sunt unum dandi beneficii alterum reddendi, dare nec-
ne in nostra potestate est, non reddere bono viro sine iniuria non licet si modo
id facere possit. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi ut primo at-
tribuantur ad gratias ei a quo effluit omne bonum. Felix etenim est, ait beatus Bernardus,
qui ad singula dona gratiarum recurrit ad ipsum in quo est plenitudo omnium graciarum. Tun-
dum pro acceptis gratos nos exhibemus, locum in nobis facimus gratie ut
maiora adhuc accipere mereamur. Deus igitur ipse est a quo manare
dona gratiarum omnium manare non cessant, quorum ego creatura mortalis, pulvis pedum
eius, qui tamquam aquam bibo iniquitatem meam, confiteor sed non meis meritis
verum ex sua benivolentissima et affluentissima bonitate me esse participem, pro
quibus ut agam gratias [illegible] constringor, sed quas referam ignoro, cum
superius minus est si non habet creatura quod pro accepto possit reddere reddito-
ri. Assurgam ergo [illegible] ad eas non quas sufficientes arbitror, sed quas reddere est
possibile utinam digne. Primo igitur et ante omnia ago gratias ex corde omni
cum humilitate qua possum Deo patri omnipotenti et eius filio unigenito ex eo
ante secula genito et spiritui sancto ab utroque eternaliter procedenti, qui me fecit
esse vivere sentire intelligere et renasci, qui me ab infancia nutrivit et protexit
fecit ad hunc usque statum salubris sue protectionis feliciter perduxit, quem
adoro laudo colo magnifico et honoro, me quoque in conspectu maiestatis eius
servum inutilem recognosco. Deinde gratias ago intemerate virgini Marie
regine celi matri filii dei vivi et hominis veri ex ea secundum carnem geniti ipsa
virgine in eternum [illegible] manente, a qua et per quam [illegible] invenientur plurima beneficia, que
non meis meritis [illegible] sum confiteor recepisse, in periculis quoque variis defensum
fuisse, quod propter non sine grandi arbitratus sum ~~periculo evasisse~~ mundo
evasisse. Deinde regracior toti celesti [illegible] et precipue sanctis meis quos [illegible]
invoco et specialissime gloriosissimis martiribus patronis huius gentis, sanctis
videlicet Adalberto Stanislao Wenceslao et Floriano quorum etiam sepe precibus sum
adiutus. Deinde gratias ago toti ecclesie militanti [illegible] per concilium generale representate
a qua me non meis meritis etiam confiteor multos honores favores et beneficia
recepisse. Deinde regracior serenissimo principi et domino domino Wladislao dei
gratia Polonie Hungarie Croatie Dalmatie etc. regi protectori huius universitatis
et specialissimo benefactori. Regracior insuper reverendo patri domino Sbigneo
dei gratia episcopo Cracoviensi huius alme universitatis cancellario, cuius sentire cepi
beneficia adhuc in teneriori constitutus etate. Postea regracior venerabili
et egregio viro domino Jacobo de Zaborowicze (?) [illegible] doctori rectori
huius alme universitatis qui in sua persona veneranda hunc actum voluit
honorare. Deinde regracior omnibus dominis sacre theologie professoribus
omnibusque iuristarum et medicine doctoribus presertim venerandis patribus
Jacobo de Zaborowo canonico et Johanni de Elgoth scolastico Crac. ecclesie quorum doc-
trinis me esse eruditum recognosco. Specialissime gratias tibi ago quas possum
insigni et clarissimo viro omnique honore dignissimo magistro Benedicto
Hesse de Cracovia magistro sacre theologie qui me ab etate tenera consiliis dire-
xit [illegible] favoribus prosequutus est [illegible] dignitatibus (?) [illegible] qui [illegible] ipse me
ad gradum baccalariatus et expost ad magisterium in artibus promovit.

Margin notes: b[illegible] — privilegia — Rector etc. Reverendissimo pro domino [illegible] de [illegible] [illegible] benefactori [illegible] — non eas quas debeo [illegible]

quod nos sic iurisdicio [illegible] [illegible]

in vero ~~[illegible]~~ ad legendum sententias presentauit Postremo Rogamus omnibus magistris Baccalarijs et Studentibus eiusdem domus qui presentem actum visitando voluerunt similiter theologiam ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ honorare

Inceptio 2i libri sententiarum 1.4.8.1. 1i. septembris

In nomine domini cuius eternitas presens quam sine vita vera vitalis vita

[illegible] ab ante posita tria [illegible] facta primo recommendacio 3a secunda sacre scripture conclusio cum correspondentia [illegible] 2i libri sententiarum 2o Recommendacio [illegible] referendo [illegible] gratiarum [illegible] quam prius solum [illegible] sed [illegible]

Rerum omnium in exordio creatarum ex nichilo homo in paradiso voluptatis positus, voli potentia et originali dotatus iusticia, cognicionem habere poterat si non gustu ligni vetiti mortifero sponte se sensualitatis nubilo suasu hostis vipperei subiecisset Quid enim ei difficultatis potuisset adesse qui divino fruebatur allo quio, quem angelorum delectabat presencia, cuius obediencie totum genus animan cium subiacebat, Sed cum appetitus noxius ab hac felicitate deicit dum ei dictum est eritis sicut dij scientes bonum et malum Scientia igitur boni et mali hostis persuasio promittebat sed iram dei que sub gustu ligni propter transgres sionem divini mandati latebat pandere noluit ut cum callide falleret cum quia a gloria ad quam creatus fuerat a qua ipse seductor ~~habere poterat~~ per aversionem a deo corruerat revocaret Scientiam igitur rerum quam tunc de facili habere poterat nunc obvolutus tenebris non nisi per sensibilia et eorum fantasmata non sine grandi difficultate acquirit Et ut in ea plenius erudiri valeat opus est sibi scripturarum libros varios revoluere et ingenium exercere Sed in cuius scripture libris id facilius habere poterit, certe non alterius quam divine scripture, que propter sui sufficientiam, tradicionem rerum nedum eternarum sed et creatarum ab eo depen dencium spiritualium et corporalium cognicionem ostendit Iuxta illud Genesis 1 In principio creavit deus celum et terram id est spiritualem creaturam et corporalem quarum consideratio spectat etiam ad hanc scientiam, philosophus namque creaturas considerat secundum quod in propria natura consistunt unde proprietates et causas et passiones rerum inquirit Theo logia vero considerat creaturas secundum quod a primo principio exierunt et in finem ultimum ordinantur qui deus est Unde recte divina sapientia nominatur quia altissimam causam considerat que deus est Unde dicit Eccliastici 42o Nonne dominus fecit sanctos suos enarrare mirabilia sua Hec autem mirabilia in ipsa rerum creatione considerantur quod est opus solius dei quam Augustinus 12 libro de civitate dei capitulo [illegible] dicente Non solum agricolas non dicimus fructuum quorumlibet creatores cum legamus, neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus, sed nec ipsam quidem terram quamvis mater omnium videatur que semina erupentia promovet, et fixa radicibus continet, cum itidem legamus deus illi dat corpus quod voluit et unicuique seminum proprium corpus ita nec feminam sui puerperij creatricem appellare debemus sed potius illum qui cuidam famulo suo dixit priusquam te formarem in utero novi te Hec ille Creatio itaque operatio dei est non ea que habet similitudinem eius que manet in ope rante que est perfectio operantis ut intelligere et velle de qua operatione dictum est in primo sed ea que habet similitudinem eius que in exteriorem rem transit que est perfectio facti quod per ipsam constituitur ut calefacere secare et

edificare. De qua operatione dicendum est in hoc secundo. Ad cuius prosecutionem
repeto verba thematis circa principium primi libri per me assumpta que
ponuntur psalmo centesimo tercio: Rigans montes de superioribus suis, de fruc-
tu operum tuorum saciabitur terra. Sicut dicit beatus Thomas in prima parte questione xliiii articulo 1°
in conclusione principali quod necesse est dicere omne quod quocumque modo est esse a deo
esse. Si enim aliquid invenitur in aliquo per participationem necesse est quod causetur in ipso
ab eo cui essentialiter convenit, sicut ferrum fit ignitum ab igne. Deus autem est
ipsum esse per se subsistens. Et esse subsistens non potest esse nisi unum, sicut
si albedo esset per se subsistens non posset esse nisi una, cum albedines
multiplicentur nisi secundum recipientia. Constat igitur quod omnia alia a deo
non sunt suum esse sed participant esse. Necesse est igitur omnia que diversificantur secundum
diversam participationem essendi, ut sint perfectius vel minus perfecte, causari ab uno
primo ente quod perfectissime est. Unde et Plato dixit quod necesse est ante omnem
multitudinem ponere unitatem. Et Aristoteles dicit in 2° Metaphysice quod id quod maxime et
ens et maxime verum est causa omnis entis et omnis veri, sicut id quod est
maxime calidum est causa omnis calidi. Hec beatus Thomas. Mundus igitur a deo fac-
tus est, qui ut ait beatus Augustinus xi libro De civitate dei capitulo iiii° ordinatissima sui
mutabilitate et nobilitate et visibilium omnium pulcherrima specie quodam modo
tacitus et factum se esse et non nisi a deo ineffabiliter atque invisibiliter pulchro
fieri se potuisse proclamat. Cuiuscumque mundi factio ab ipso creatore tam
quo ad res creatas superiores quam quo ad inferiores ducit in cognitionem
creatoris, teste Ysidoro in libro de summo bono dicente: Quibusdam gradibus
intelligentie per creaturam progreditur homo ad intelligendum deum creatorem,
id est a sensibilibus surgens ad visibilia, a rationabilibus ad creatorem. Propter quod
apostolus ait Ad Romanos 1°: Invisibilia dei per ea que facta sunt a creatura
mundi intellecta conspiciuntur. Et ita deus revelavit illis, sicut opera
in quibus artifex aliquatenus relucet indicium. Nam ut ait beatus Ambrosius super
illud locum Ad Romanos 1°: Deus qui natura invisibilis est, etiam ut a visibilibus
posset sciri opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestavit, ut
per creatum increatum per certum incertum posset sciri. Deus autem cuncta creavit
iuxta illud psalmi viii: Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum que tu
fundasti. Et omnia simul creavit, Ecclesiastici xviii: Qui vivit in eternum creavit
omnia simul. Et in sapientia sua, psalmo ciiii°: Omnia in sapientia fecisti. Et ideo ex
creaturarum productione homo devenit ad cognoscendum deum. Nam dicit beatus Thomas
contra gentiles libro 2° capitulo 4° quod ignorantes naturas creaturarum in hoc procurantur
quod id quod non potest nisi ab alio esse primam causam et deum constituunt,
nichil preter creaturas que videntur existimantes. De quibus dicitur Sapientie
xiii: Qui aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut aquam
aut solem aut lunam rectores orbis terrarum deos putaverunt, et sic quod erat
solius dei creaturis attribuebant. Et ideo Sapientie xiiii dicitur: Homines incommuni-
cabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. Et contra illos dicitur in psalmo
xxvii°: quod non intellexerunt opera domini et in opera manuum eius destrues
eos et non edificabis eos. Et Ad Romanos 1: Tradidit eos deus in reprobum
sensum. Et ideo sancti philosophi patriarche prophete iudices et reges et homines
status triplicis legis, videlicet nature, scripture et gratie, meditantes opera et crea-
turas mundi iuxta illud psalmi cxlii: Meditatus sum in omnibus operibus
tuis; et Ecclesiastici xlii°: Memor ero operum domini; mentes elevatas habebant
ut ex visibilibus ad invisibilia se transferrent. Cum quod per creaturas et

superiorem omnem creaturam esse qui ea fecit. Ex quarum rerum creatarum mutabilitate deum
nichilominus immobilem cognoverunt ut ostendit b. Aug. viii li. de civitate dei
c. viii. Et adhuc philosophi altius intendentes ex gubernacione rerum creatarum
ad bonitatem creatoris cognoscendam pervenerunt et ex effectibus bonitatem et ex earum
pulcritudine deum sua intelligencia cognoverunt ut declarat Mr. in distinccione
tercia 2i libri que considerantes simpliciter licet sciret unicam dei esse essenciam discepit tamen
pluraliter invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta con-
spiciuntur quia pluribus modis deus per ea que facta sunt intelligi potuit
vel cognosci Ex creaturarum siquidem duracione cognoscitur dei eternitas Ex pul-
critudine ymago et species ex earum bonitate usus Sic etiam 2m Aug. in li.
de vera religione c. ultimo Ex unitate cunctis creatis modo suo unitas ipsius
dei cognoscitur ex earum essenciali ordine qui exigit ut quod est voluntarium superioris
sit supremum inferioris personarum arguit ymitatur equalitas et ex earum colligancia
cognoscitur ipsius divine unitatis equalitatis connexio. De quibus clarius
dictum est in primo quarum rerum si conditarum si consideraverint ordinem dispositionem
et facturam debebant scire quanto hiis dominator speciosior est qui hec fecit Sapie.
xiii. si earum specie delectati sunt ut eas efferrent laudibus quanto amplius
factorem earum laudare debebant Ecclesiastici plura Vide arcum hoc est iridem
in celo et benedic qui fecit illum Unde Ysidorus li. 1o de summo bono
Sicut ars in artificem retorquet laudem ita rerum creator per creaturam suam
laudatur et quanto sit excellencior ex ipsa operis condicione monstrat Pa-
triarche etiam et prophete reges et iudices ex multis potuerunt cognoscere deum
et magis in particulari quam philosophi per ea que eis ostensa sunt Quid enim de-
signabat quod Abraham vidit tres viros et unum adoravit Gen. xviii.
nisi trinitatem personarum et unitatem essencie Et quid designabat quod vidit Ia-
cob patriarcha in sompniis scalam stantem super terram et cacumen eius
tangentem celos et angelos ascendentes et descendentes et vidit dominum
innixum scale dicentem sibi Ego dominus deus tuus terram in qua dormis
dabo tibi et semini tuo Gen. xxviii. nisi viam hanc qua ex creatu-
rarum cognicione in dei noticiam ascendere valeamus Quid eciam illa ad-
miranda virge in colubrum in conspectu pharaonis transmutacio sibi voluit et aliorum
omnium signorum Exodi iiio et iiii. nisi ut dei omnipotencia a pharaone perpenderetur et sic
de multis alys que ex locis sacrescripture pluribus colliguntur Et quamquam ita
sint non tamen per creaturarum contemplacionem sufficiens noticia haberi potest de deo potuit
sine doctrine exterioris vel interioris inspiracionis revelacione Dicit enim
Hylarius Maior dissimilitudo quam similitudo creature ad creatorem reperitur
Verius enim est ut dicit Aug. deus quam cogitari potest nemo nec umquam oculus
vidit nec in cor hominis ascendit eminencia creatoris sufficienter ex creaturis cognoscere
precipue cum anima obtenebrata visum in divinam lucem extendere non possit
Unde similiter philosophi perfectam noticiam non habuerunt quia per umbram et de longinquo
viderunt veritatem deficientes in contuitu trinitatis ut magister philosophus in 3o sic
Exodi viiio ubi glosa de patre et filio disputaverunt philosophi sed spiritus sancti
noticiam non habuerunt Aug. vero dicunt b. Tho. in scripto et Bo. ven. quod
philosophi bene cognoverunt attributa personarum sunt potenciam sapienciam Appropriata tamen personarum
ignorasse dicuntur quia non dei bonitati sed sibi ipsis et suis ingenys attribuebant
iuxta illud Roma. i. Cum deum cognovissent non sicut deum glorificaverunt
nec gracias egerunt sed evanuerunt in cogitacionibus suis Et nedum hec attingere
non poterant sed et in hys in quibus ipsi sibi sapientes videbantur convicti sunt

4 simplicit

manifeste errasse. Epicurus enim inter alios errores quia bonis et malis bona et
mala contingere equa lance videbat, ideo providentiam non ponebat. Aristoteles
quia vidit generationem omnis esse corruptionem alterius, eternitatem mundi astruens factu-
ram eius ex nihilo condempnabat. Posuit quoque tot intelligentias quot sunt motus
celorum mobilium. Ubi est ergo mille milium eius et illa milia milium ministrantium
et decies centena milia assistentium, si numerum angelorum velit esse hac paucitate con-
tentum. Plato vero asserens mentem suam esse antiquorum consilii humanas animas
corporibus non in creatione infundi nec in infusione creari sed in stellis comparibus
ante infusionem positas suorum melodiis delectari. Anaxagoras interrogatus cuius
rei causa natus esset respondit celi et solis causa videndi, unde effectum in solis
posuit oculus, ad corpus omnia referens vel ad habitum mentis. Eraclitus continuam
mutationem rerum considerans non posse eundem hominem bis ingredi eundem flumen
asserebat. Ecce pulchra sapientia philosophorum plena tamen errore qui veritatem agnoscere
non poterant, habentes enim oculos tumescentes in tenebris ambulabant. Non
enim sanabantur eorum oculi per fidem ut viderent limpide veritatem. Invenerat
etiam inflativa aqua vultus eorum intumuit, nec tumor fidei speculum
eis ostendit, nec humilitas hos sanavit quorum superbia cum ignorantia talis
erat qualis est comparatio pauperis ebrii et levantis, et hominis litterati in secularibus
et inanibus gloriantis. Tantum quoque eorum processit elatio ut archana veritatis prime
comprehendere proprio nitentur ingenio. Sed que esset inter deum et hominem dis-
si dispositiones maiestatis eterne comprehendere cogitatio posset humana. Aristoteles
vel alii littero veteres philosophos accusans aut eos aut stultissimos aut gloriosis-
simas fuisse qui existimaverunt philosophiam suis ingeniis fuisse perfectam. Hinc est quod
tot temporibus et ingeniis quesita sapientia non fuit a nobis clare inventa quia eam
extra fines proprios quesierunt, non eo modo quo debuerunt. Unde soleo admirari
quod cum Pitagoras et postea Plato amore indagande sapientie usque ad egyptios
et persas processerunt, ad iudeos quos facilius ire potuissent non accesserunt,
sed arbitror hoc dei providentia gestum, quia non dum philosophis erat aut superbis
ingeniis aut hominibus alienigenis cognoscere divinum sacramentum. Statuerat enim
deus appropinquante tempore ultimo ducem magnum de celo mittere, qui sapientiam
doceret, et eam ingrato et perfido ablatam populo ceteris nationibus revelaret,
per quam moribus innotescerent ea que in divinitate latebat, per quam montes
irrigarentur et de fructu operum eius saciaretur terra ut et factum est. Hec
autem sapientia et doctrina est sacra scriptura que sacra scriptura vel dicta sacra pagina
primum redditur quadrifarie commendabilis scilicet auctoris dignitate, considerationis
firmitate, sermonis seu verbi suavitate et refectionis spiritualis sacietate. Et
huius primum membrum huius divisionis deductum est per me circa initium primi
de aliis vero duobus ultimis dicto dicitur in sequentibus sermo erit. Hec hiis di-
missis reservando ea pro initiis librorum sequentium. Dico secundo quod sacra
scriptura redditur commendabilis ex considerationis firmitate prout [...] Labun-
[...]tate firmaverit in perpetuum. Firma enim sunt et stabilia que considerat
atque tractat hec sacra, ideo monti recte comparatur in themate assumpto quia rigat
montes de superioribus suis. Altitudines enim montium conspexit propheta in no-
~~[...]~~ Hec firmitas seu stabilitas rerum de quibus hec sacra considerat
apparet in duobus scilicet in stabilitate conditoris et in stabilitate rerum conditarum
ab ipso que sub eius consideratione cadunt. Magna firmitas et stabilitas
conditoris qui stabilis manens facit cuncta moveri ut dicit Boecius.
Tanta est eius stabilitas et firmitas ut omnis in se dimensionis quantitate
sive extensione careat. Est enim eius latitudo que replet omnia —

[illegible marginal note]

magestate Sermo xxiiii^o Celum et terram ego impleo | longitudo qua omnia
preit eternitate Exodi xv Dominus regnabit in eternum ~~super omnem terram profundum q~~
et ultra Sublimitas quia omnia excedit dignitate Psalmo cxii^o Tu solus
altissimus super omnem terram | profunditas qua omnia penetrat subtilitate Eccli. xxiiii^o
Penetrabo [+ omnes] inferiores partes terre | De hys quatuor dicitur Job xi^o Excelsior celo
est / et quid facies / profundior inferno unde cognosces / longior terra men-
sura eius / et latior mari Et propter hoc a philosophis Deus vocatus est spera intel-
ligibilis cuius centrum est ubique circumferentia nusquam / tanta quoque est eius for-
titudo et firmitas quod appendit tribus digitis molem terre Ysaie xl^o Ap-
paret etiam firmitas et stabilitas sacre scripture ex firmitate et stabilitate rerum
conditarum a creatore De quibus hec sacra precipue huius secundi libri tractat
quid enim firmius celo quod in sui natura ab omni corruptione separatum existit
de cuius firmitate et stabilitate dictum est Stabilivit celos prudentia Prover.
iii^o quid stabilius terra que in eternum stat Ecclesiastes i^o Quid stabilius
firmius vel angelis et coniunctis post sui creationem spiritibus qui nomine lucis
appellati sunt cum dictum est Fiat lux Gen. i qui nec illi ad bonum nec
hy ad malum flecti possunt ut dicitur in processu huius secundi Similiter descen-
dendo ad alias res creatas que etiam in se vel in suis individuis sibi invicem
succedentibus retinent perpetuitatis stabilitatem Cuius signum sicut etiam in hac
apparet stabilitas et considerationis firmitas quia est sacra veritatis que omnia
vincit 2^i Esdre iii^o Est autem scientia veritatis quia a veritate originaliter
Iohannis xiiii Ego sum via veritas et vita / quia de veritate narrat Actus xxvi^o
veritatis et sobrietatis verba eloquor / quia in veritate formaliter 2^a Cor. vii^o
sicut in veritate omnia locuti sumus / propter veritatem finaliter Iohannis xviii Ego in hoc
natus sum ut testimonium perhibeam veritati Veritatis igitur firmissime est
hec sacra quia in ea scripta est veritas catholica ad credendum Iohannis xx Hec autem
scripta sunt ut credatis quia Ihesus est Christus filius dei / scripta divina ad operandum
Exodi xxxi Scribas ea super postes et ianuas domus / scriptura divina ad lau-
dandum Psalmo ci^o Scribantur hec in generatione altera et populus qui creabitur lauda-
bit dominum / iudicia districta ad timendum Danielis v^to Vidit Daniel manum
scribentem in pariete Magna igitur huius sacre stabilitas et considerationis firmitas
propter quod monti comparatur ymo supra montes / quia rigat montes de superioribus
suis Est enim hec sacra mons refectionis mons predicationis mons doctrine
et eruditionis De primo dicitur Numeri xxvii Ascende in montem istum
et contemplare vide terram quam daturus sum filiis Israel In hac enim sacra
tamquam in monte terram quam accepturi sumus contemplamur Gen. xiii Terram
hanc dabo semini tuo De secundo Ysaie xl Super montem excelsum ascende
tu qui evangelizas Syon De tercio Psalmo centesimo xlvi^to Producit in montibus
fenum et herbam servituti hominum Est igitur hec sacra mons refectionis ut satiet
quia de fructu operum eius satiatur terra / Mons predicationis ut doceat quia do-
cebit mites vias suas Psalmo xxiiii Mons eruditionis ut mores componat
Sapientiam enim et prudentiam docet Sapie. viii Recte igitur de ea dicebam
quod sit rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum satiabitur
terra que sunt verba in principio huius proposita et nunc iterum repetita

In quibus verbis hic et in principio prius introductis quatuor tanguntur
quatuor libris Sententiarum correspondentia scilicet divine essentie amplitudo et
hoc quantum ad primum librum cum dicitur rigans montes Mons enim

diuina celsitudo dicitur in illud Quis ascendet in montem domini ps. xxiiii^o propter contem-
plandam scilicet eius celsitudinis maiestatem Secundo tangitur diuine sapientie magnitudo
et hoc quo ad secundum librum cum dicitur de superioribus suis Licet enim in creatione
omnium rerum appareat diuine sapientie magnitudo cum sapientia cuncta condita sint
Jeremie li^o preparauit orbem in sapientia / in rebus tamen creatis superioribus plus relucet
diuina sapientia que stabilitate duratione et situ res creatas inferiores excel-
lere uidetur cum et ipsa inferiora regantur a superioribus per Methorum Tercio
tangitur humane reparationis promptitudo et hoc quo ad tercium librum cum dicitur
de fructu operum tuorum De fructu namque incarnationis et passionis de quibus
agitur in tercio reparatio et redemptio humana subsecuta est 2 Regum vii^o
hec est gens ut populus iste propter quem iuit deus ut redimeret populum suum
Quarto tangitur humane curationis certitudo quo ad quartum librum cum dicitur
satiabitur terra Sacramenta enim de quibus in quarto quibus satiatur terra id est
homo de terra factus sunt medicina curatiua morborum humane infirmitatis
de corpore cuius latere profluxerunt a quo omnis medela Ecclesiastici xxxviii^o
Et quia primum membrum in principio primi utcumque expeditum est et alia duo
ultima pro principiis aliorum librorum reseruando dixi secundo quod in verbis premissis
tangitur diuine sapientie magnitudo ~~ut se et omnia alia cognoscit~~ cum dicitur de superioribus
suis Tanta enim est scientie diuine magnitudo ut se et omnia alia a se non
per discursum aut per compositionem vel diuisionem sed uno simplicissimo intuitu
perfectissime cognoscat et intelligat et sapientia perfectissime comprehendat propter quod cla-
mabat apostolus Romanorum xi O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei etc. 13
2^m b. Tho. in prima parte q. xiiii ar. 1^o immaterialitas alicuius rei est ratio quod sit
cognoscitiua et secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis Unde in
2^o de anima dicitur quod plante non cognoscunt propter suam materialitatem sensus
autem cognoscitiuus est quia receptiuus est specierum sine materia et intellectus adhuc
magis est cognoscitiuus quia est magis separatus a materia et immixtus ut dicitur
in 3^o de anima Unde cum deus sit in summo immaterialitatis sequitur quod ipse in
summo cognitionis sit Ideo dicitur Job xii apud illum est sapientia et fortitudo
ipse habet consilium et intelligentiam qua quidem intelligentia cognoscit se per-
fectissime de quo 1 Corinthiorum ii^o Nemo scit que dei sunt nisi spiritus dei Com-
prehendit autem se cognoscendo Tanta enim eius virtus est in cognoscendo quanta
est actualitas in existendo quia per hoc quod actu est et ab omni materia et potentia
separatus deus cognoscitiuus est tantum quantum semetipsum cognoscit quantum cognoscibilis
est et ita se cognoscendo comprehendit Cognoscit etiam alia omnia a se
ad Hebreos iiii Omnia nuda et aperta sunt oculis eius / ipse quod plus est
quia est suum intelligere 2^m Augustinum vii li. de trinitate dicentem deo hoc est esse
quod sapientem esse hoc est autem sapientem esse quod intelligere / dei autem esse est substantia
et ita intelligere eius est substantia eius / Tanta est etiam diuine sapientie magnitudo
quod omnia excedit duratione diffusione immortalitate omnipotentia immensitate
de primo dicitur Ecclesiastici primo Sapientiam dei precedentem omnia quis inuestigabit
de secundo Sapientie vii^o Omnibus mobilibus mobilior est sapientia de tercio Sapientie
viii^o Immortalis est in cogitatione sapientia de quarto Sapientie primo Omni poten- cogitatione
tior est sapientia de quinto ps. cxlvi^o Sapientie eius non est numerus Diuinus
quidem sapientie diuine cognitionem pertingimus per scientiam theologie que etiam
sapientia nuncupatur quam monti excelso comparaui supra / quia rigat montes
prelatos scilicet et predicatores et de fructu operum eius satiatur terra

homo enim de terra factus satiatur et hoc quantum possibile est contemplatione
eorum que in hac scientia traduntur ut tandem satietur beata fruitione
in gloria. Contemplans enim opera creatoris que ipse per se [illegible] spatio est
[illegible] sex consurgit in contemplationem et dilectionem creatoris que ex creatura magne
rerum cognoscit omnipotentiam ex ordine et dispositione sapientiam ex guberna
tione bonitatem ex duratione eternitatem unde Augustinus Sicut ex creaturis arguit
posse dei qua creavit deus celum et terram sic et scire et sapere quia per illum
qui veritas est et sapientia omnia creata sunt quarum rerum similitudo cognoscitur ex
scientia istius secundi libri qui habet sedecim distinctiones et in prima sui distinctione
tractat generalem rerum productionem descendens post hoc ad orbes et angelicam
naturam dicens quando creata sit fuerunt et qualia facta sunt declaranda secundum
a distinctione secunda usque ad xi inclusive ubi primo ingressum determinat quomodo lucifer
superbiens et legio consentiens ruit ad inferiora quantum ad malorum aversionem
secundo quomodo turba proficiens adeo non defecerit lucet ut aurora quantum ad bo
norum angelorum confirmationem et ponit quomodo mali prostrati sunt digne
flammis ardentioribus. Qualiter quod beati sunt adornati dignis splendoribus
qua fulgent ut splendor firmamenti ut lapides vivi in superne civitatis
splendore inestimabili. Tandem determinat de creaturis pure corporalibus videlicet
elementis vegetabilibus et plantis que dicuntur esse ordinata propter hominem
iuxta illud Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas
insuper et pecora campi per modum unum et hac a distinctione xii usque ad xiiii
inclusive Demum de corporibus non puris sed quodammodo mixtis cuiusmodi
~~[illegible]~~ sunt homines de quibus tractatur a xv distinctione inclusive usque
ad finem libri hoc ordine quia primo agitur de hominibus secundum eorum statum
primum et primam iustitiam a distinctione xv usque ad xx similiter exclusive
Secundo describit eorum lapsum et iniustitiam et dicte iniustitie causam videlicet
et per hominem iniustitie in posteros transitionem a distinctione xxi usque ad
[illegible] finem libri. Hec igitur bona ordinata et optima que creavit deus con
templando consurgit mens ad increate trinitatis sacramentum contemplando
hic per speciem et in enigmate et postea facie ad faciem in lumine glorie
Ad quod nos dignos efficiat creator omnium deus qui est benedictus
in secula seculorum Amen

De terra agri damasceni deus formaturus hominem / voluit in creatione
animam eius corpori unire ut in humana condicione ostenderet exemplum
beate unionis que est inter deum et spiritum / in qua diligitur ex toto corde et videtur
facie ad faciem / Putaret enim creatura se non posse uniri creatori suo tanta pro
inequalitate ut cum tota mente diligeret et cognosceret nisi videret spiritum qui
est excellentissima creatura tam infime i carni que de terra est tanta de
lectatione uniri ut non valeat aptari adhuc ut velit eam relinquere Sicut
Apostolus dicit 2a Corinth v Volumus corpore expoliari sed supervestiri per
quod ostendit spiritum creatum / spiritui increato ineffabili amore uniri / Ideo ut
dicit Hugo libro primo de Sacramentis parte sexta capitulo primo Pro exemplo future
societatis que est inter deum et spiritum rationalem / in glorificatione eiusdem
perficienda / animam corporeis indumentis et terrenis mansionibus copulavit /
luteam quoque manum fecit ad vite spiritum vegetare Ut sciret homo quia si po
tuit deus tam disparem naturam corporis et anime in federationem unam
et in amicitiam tantam coniungere / nequaquam ei impossibile futurum ut rationalis crea
ture humilitatem licet longe inferiorem / ad sue glorie participationem sublimaret /
Sed huic sublimationi rationalis quoque creature exaltationi prestitit impe
dimentum culpa prevaricationis primi hominis unde totum genus huma
num videtur exortum Ab eterno quippe deus previdit hominem in
culpam sub tempore ruiturum Et sicut culpam eius futuram providerat / sic
ob reparationem eius ab eterno predestinavit filium suum ex se ante secula
genitum / propter abolitionem culpe de virgine secundum carnem sub tempore nasciturum Cuius
Nativitas ab eterno preordinata A patriarchis prefigurata A prophetis ve=
ridice cognita A prophetis prenunciata / Ab apostolis predicata A nobis credita /
iam nunc adeo in lucem prodiit ut non sit opus amplius de ea cuiquam du
bitare Quid enim rubus Moysi ardoris flamma succensus / sed virorem
obtinens / quid virga aaron in stuporem nature florida / quid vellus
gedeonis rore madens / quid archa federis david regis / quid tronus
salomonis / quid ~~porta clausa apud Ezechielem~~ / quid ~~lapis de monte~~
virga yesse apud ysaiam / quid mulier circumdans virum apud
Jeremiam / quid porta clausa apud Ezechielem / quid lapis de monte
excisus sine manibus apud danielem / et sic de multis aliis in figuris
expressis / quid ista significaverunt nisi partum huiusmodi nativitatis
filii dei de virgine carnis et mentis integritate manente Quia enim ut
dicit beatus Gregorius xxix moralium capitulo primo In illa nativitate eterna ab
humano genere cognosci non poterat / proinde in humanitate venit ut vi
deretur / videri voluit ut imitaretur Que carnis nativitas visa est
sapientibus mundi impossibilis Contempserunt namque infirma nature
eius / deo hec indigna iudicantes / cum tanto magis debitor homo fuit
quanto pro illo indigna suscepit Natus igitur ex patre sine tempore /
ex matre nasci dignatus est in tempore Ut per hoc ortum suum inter
initium finemque suum concluderet / humane mentis oculis ortum / qui nec
initio cingitur nec fine angustatur / aperiret hec beatus Gregorius Hec autem
Nativitas Christi in carne de qua nobis sermo habendus / etsi non sit
credita a perfidis iudeis ex quorum ~~semine~~ [semine] ortus est secundum carnem /

a nobis tamen intonuisse credenda est cum divina scriptura in cuius tamen
ratione modo versamur, xpm venisse et eum verum deum et hominem
fuisse quorum utraque gens diffitetur perfida manifeste demonstrat, nedum
enim textus veteris testamenti sed et glose Ebraice apud eos autentice
ex quibus contra ipsos hostes xpi efficax sumitur argumentum ad probandum
xpi messie adventum iam preterisse, ipsum quoque verum deum et hominem
perfectum fuisse, evidenter ostendunt quas ad hec ostendendum adducere non
nostre credulitati que per hec fide firma persistit sed eorum malignitati
ad eorum confutandam perfidiam non inutile arbitrandum est Et enim
hec nativitatis seu adventus eius in carne iam in preteritum transierit
manifeste ostendit prophetia Jacob patriarche qui futura volens filiis
predicere Gen xlix inter alia de tribu Juda de qua secundum omnes
messias erat descensurus dixit hec verba secundum translationem nostram
Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore eius donec veniat
qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium Cum igitur sceptrum de
Juda longe ante vetusta tempora ablatum sit, nec est dux in israel de femo
re eius, patet quod adventus eius transierit in preteritum Nec valet instantia
gentis perfide dicentis aliter esse scriptum in ebraica veritate quam habeat
translatio nostra Dicit enim quod in Ebraica veritate ponitur sic prophetia patriar
che Non auferetur sceptrum de Juda donec veniat Sylo quod est nomen
cuiusdam loci ubi aliquando fuit tabernaculum domini et archa testamenti
ut habetur primo Regum iiijo Dicunt ergo quod sensus autenticus est secundum Ebraicam
veritatem Non auferetur dominium seu presidentia que fuit in tribu Juda
tempore Josue et Judicum usque dum veniret Sylo, quia tunc scilicet Saul fuerat
unctus in regem qui erat de tribu Beniamyn ideo dicunt in Sylo fuis
se translatum regnum de Juda ad tribum Beniamyn sic ergo dicunt
hanc prophetiam de Saul debere intelligi non de xpo Sed extorta est
hec eorum expositio tum quia tempore tunc Saul fuerat unctus archa
domini iam erat amota de Sylo in Cariathiarim primo Regum vj Tum quia
paulo post unctionem Saul regis unctus fuit primus Rex de tribu
Juda et extunc de tribu illa reges sibi continuo successerunt Non
ergo potest dici sceptrum tunc ablatum fuisse de tribu Juda, nec ergo potest applicari
prophetia Jacob ad regem Saul ut ipsi dicunt sed ad xpm cum illud
quod sequitur ibidem scilicet et ipse erit expectatio gentium nichil pertinet ad Saul,
sed ad xpm Nec valet etiam eorum extorta expositio qua dicunt eam
prophetiam intelligi de Jeroboam qui fuit Rex in israel de tribu Effraym
per quem decem tribus ablate sunt a regno Juda quem dicunt esse coro
natum in Sylo Non enim tunc regnum ablatum fuerat de tribu Juda
primo stetit firmum per successionem hereditariam in iherusalem que erat me
tropolis Judee ubi erat templum et archa domini et unctio sacra que
propria erat et essentialia in regno israhelitico Tum quia illa coronatio
Jeroboam non est facta in Sylo sed in Sichem ut dicitur iijo Regum xij

Nec valet iterum eorum expositio qua dicunt prophetiam debere intelligi de rege
Nabuchodonosor qui missus fuit a deo propter peccata populi ad destruendum civitatem
Jude et auferendum regem Iudeorum ut habetur in Regum ultimo Sylo enim interpretatur
missio / quia igitur ipse fuit missus ut aufferret potestatem regiam et sceptrum de
Juda / de eo hanc prophetiam dicunt intelligendam Sed falsus est intellectus iste
Unde ut refellantur omnes iste expositiones per eos conficte recurrendum est
ad translationem Caldaicam cui ut dicunt Rabi Salomon et rabi Moyses doc-
tores ebreorum nullus ausus est contradicere que translatio sic habet Non
auferetur habens potestatem de domo Juda donec veniat Messias cuius est re-
gnum et ipsi congregabuntur gentes hec in predicta translatione Ex qua ma-
nifeste habetur quod patriarcha loquitur de Messia / prout etiam eam dicit intelli-
gendam Rabi Salomon doctor eorum / Similiter rabi Moyses doctor eorum auten-
ticus sic dicit Novissimi dies sunt dies Messie quia iacob sic instruebat illa
tempora in verbis suis cum dixit veniat Sylo et ipsi congregabuntur populi / novissi-
mi dies Messie sunt hec ille Sed adhuc pertinaciter obiciunt per id quod dicit
eorum famosus doctor rabi Moyses egypcius in libro de iudicibus capitulo iiii° videlicet
capita transmigrationum que sunt in Babilonia locum regis tenent / et possunt
dominari in istis super eos sive velint sive nolint / sicut scriptum est Non
auferetur sceptrum de Juda / per istud enim sceptrum intelliguntur capita transmi-
grationum que sunt in Babilonia hec ille Sed iste sensus ex evidentia facti
manifestam continet falsitatem / cum Babilon iam dudum sit destructa / et
inhabitabilis facta propter dictum prophete Ysaie xiii ubi dicitur Et erit Babilon
illa civitas gloriosa in regnis inclita in superbia Caldeorum sicut
subvertit dominus Sodomam et Gomorram / non habitabitur usque ad finem Di-
citur non obstantibus istis eorum expositionibus / sceptrum regium ablatum est a
Juda / quia iuxta hystorias talmudicas quas iudei ex quo eas acceperunt
pro se / etiam eas contra se recipere tenentur / Herodes ascalonita qui fuit alieni-
gena quia ydumeus et non de domo Machabeorum / cum de facto regnasset
in Judea et videns / sciens quod regnum ei de iure non competeret / eo quod legitur
deutro. xvii de medio fratrum tuorum pones super te regem / nec potes super te
ponere alienigenam / ne postea aliquis de regio semine appareret et eum a
regno deiceret / occidit omnes quos habere potuit de genere regio et post
etiam occidit doctores et scribas qui presidebant sub Herode / sicut alias
consueverant sub aliis regibus et iudicibus ysrahelitis / per quorum omnium
interfectionem ablatum fuerat sceptrum de Juda hec igitur patriarcha in spiritu
prospiciens dixit Non auferetur sceptrum de Juda / in hoc presignando primam
ablationem quo ad titulum regium pertinentem / cum subiungit et scriba de
filiis eius / denotans ablationem secundam per occisionem scribarum et doctorum /
Hinc igitur necesse iudei confiteri adventum Christi preteriisse non obstantibus
ipsorum expositionibus predictis / Et sicut probavi per auctoritatem patriarche
iacob ita possum per scripturam Danielis ix° ubi Gabriel angelus apparens
ei tempore sacrificii vespertini de adventu Christi dicebat / ab exordio precum tuarum
egressus est sermo / ego autem veni ut indicarem tibi quia vir desideriorum
es Tu autem animadverte sermonem / et intellige visionem / et consequenter subiun-
git Septuaginta ebdomade decrete sunt / quod translatio habet

2

Abreviate super pplm tuu et super urbem sctam tua ut consumat prevaricacio et finem accipiat pctm et deleatur iniquitas et adducatur iusticia sempiterna et impleatur visio et pphecia et ungatur sanctus sctor. que scriptura manifeste determinat tpus adventus xpi que verba doctores ebreorum et iudei intelligunt de adventu Messie et tpus determinat prout patet pot cuilibet num huiusmodi ebdomadarum calculare volenti prout hec pertractat Albertus sup Danielem et simul possent refelli eorum expositiones extorte de scripturis nedum nris quibus non credunt sed ex scripturis eorum et glosis ebraicis quibus credere et assentire tenentur sicut feci ita predicte autem possem qz plures alias notissimas auctes veteris testam adducere ad probandu ide et multas eorum glosas ebraicas sed sufficiant hee notissime ad pns quia tpus angustia plures adducere no pmittit Necessario igitur habet gens pfida concedere qz adventus xpi iam transyt in preteritum et qz ipse Messias sit verus deus et homo pbatum huius ex scripturis et ex glosis ebraicis eorum in tpibus aliud reservato que scire no est inutile ut eorum insane rabiei in disputacionibus occurratur prout de huiusmodi eorum exposicionibus extortis et glosis eorum autenticis proposita mrm pbantibus tractat Nicolaus de argentina in lo que scripsit ad Johnem ppam et dns Paulus epus Burgen in lo Scrutiny scripturarum Nobis aut ad pns sufficiat credere ipm xpm ihm cuius sit incarnacio transyt esse verum deum et hoiem cum id ex pluribus simbolis et ex sacra scriptura manifeste cognoscimus in cuius commendacione modo versamur pro qua huius misterii sacramentum qd absconditum fuit a seculis et generacionibus manifestum factum est sanctis eius quibus ea que voluit deus notas facere divitias glie sacramenti huius in gentibus ad colloss po Quecumque scriptura ea que sub figurarum umbrositate claudebantur sua luce patefecit unde id dt b Gregor Omelia septima sup Ezechielem Scriptura sacra nobis in tenebris vite pntis facta est lumen itineris Quecumque sacra scriptura quadrifarie reddit commendabilis mire excellencia quatuor librorum precelluit huius libri omnium sz aucte
dignitate / consideracionis firmitate / sermonis seu verbi suavitate / referencius spualis sanctitate / que quatuor in verbis p me assumptis a principio tanguntur iuxta qd deductum est Et quia prima duo membra eorum inicia pte secundum duorum librorum deducta sunt Ideo duobus [primis] dimissis et quarto membro reservato p inicio opti de quo ibidem deaptere dno sermo erit Dixi
tercio qz sacra scriptura ex sermonis seu verbi suavitate qd et de verbo eterno incarnato sub tpe accipi pot de quo dr Capit viii qz disponit omnia suaviter et de hoc verbo dt b Ambros sup luca co po Ascendamus in monte deprimur dei verbum ut in specie et pulchritudine sua appareat nobis et confortetur et pspere procedat et regnet hec enim mistica sunt et referuntur altius et enim pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur aut crescit Ac nisi altioris prudencie cacumine ascendas non tibi apparet quanta sit species in verbo dei licet in corpe specium non habeat neqz decore

(vide commenda bilis

Ut etiam accipi illud quod dictum est de verbo sacre scripture in qua est elo- 2
quiorum suavitas ut dicit propheta Quam dulcia faucibus meis eloquia tua
domine Huius autem verbi ac eloquii sacre scripture suavitas apparet ex tribus
ex saporis dulcore / ex irradiacionis splendore / ex spiritualis unguenti odo-
re Apparet itaque suavitas eius ex saporis dulcore quoniam beatus Gregorius xxxi
Moralium comparat tam nobis suavissimo dicens verbum dei manna est / et
quicquid bona voluntas suscipientis appetit / hoc profecto in ore comedentis sapit
Unde beatus Ambrosius super psalmo 118 versu tercio dicit / habet verbum dei epulas
suas alias forciores ut est lex et evangelium Alias suaviores ut sunt psalmi
et cantica canticorum / Eructavit ecclesia ympnum et anima pia cui dicebat deus ver-
bum Insinua michi vocem tuam quia vox tua suavis est / Eructabat ympnum
cui dicebat / favum distillant labia tua sponsa mel et lac sub lingua
tua hec beatus Ambrosius Suavis igitur est scripture intelligencia iuxta illud spiritus
intelligencie multiplex et suavis Sapiencie vii Apparet eciam verbi divini
seu sacre scripture suavitas ex irradiacionis splendore / lux enim delectat
visum Ecclesiastes xi De huius autem luce dicebat propheta lucerna pedibus
meis verbum tuum et lumen semitis meis / et ibidem Declaracio sermonum
tuorum illuminat Unde beatus Ambrosius in quadam epistola de hac suavitate eius dicit
verbum dei quod disposuit deus et ordinavit quo pascitur anima prudencium et de-
lectatur quod est candidum et sue veritatis splendore illuminans et plurimum suavitatis
animas audiencium demulcens Ideo sapiens proposuit sibi eam habere pro luce
quoniam inextinguibile est lumen illius Sapiencie vii Apparet eciam eius suavitas
ex spiritualis unguenti odore de qua dicitur in Canticis iiii Odor unguentorum
tuorum super omnia aromata Unde beatus Ambrosius super psalmo xviii versu 20
dicit Eructat verbum qui potest dicere bonus odor Christi sumus et bene
eructat qui plena et suavia precepta domini gustavit / Quicquid precepta et con-
silia et alia saluti necessaria in verbo sacre scripture clauduntur / quedam enim in ea
scripta sunt ad astruendum fidem Johannis xx hec autem scripta sunt ut credatis
Aliqua ad astruendum caritatem i Machabeorum xiiii scripserunt ad eum tabulis ereis
et renovaverunt amicicias Aliqua ad astruendum spem Romanorum xv Que-
cumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per pacienciam scripturarum
spem habeamus / et similiter de virtutibus cardinalibus allegare possem multiplex
verbum sacre scripture Eminens est verbum sacre scripture quia rectum fidele
stabile verum / quia rectum ideo dicitur psalmo xxxii Rectum est verbum domini
quia fidele ideo dicitur Apocalipsis xxi hec fidelissima sunt verba / quia stabile
ideo dicitur Luce xxi Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt
quia verum ideo dicitur psalmo cxviii Ne auferas de ore meo verbum veritatis
Unde hoc verbum eminet verbis hominum in subtilitate in utilitate et in pre-
ciositate de qua dicitur Johannis vii° Nunquam sic locutus est homo sicut hic
De quo Johannis vi Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes De quo
Ecclesiastici xliii Multa dicimus et deficimus in verbis consummacio autem sermonum
ipse est Eminens igitur patet hec / est altitudo sacre scripture ideo ... in verbis

apostolo assumptis monti compaui Rigat enim montes de superioribus / prelatos scilicet et doc
tores / qui aliis presunt Unde dicit beatus Gregorius in moralibus montes / alte scientie
sacrescripture dicuntur in verbis propheticum montes excelsi cervis / quia hii qui
iam dare contemplationis saltu noverunt altos divinarum summarum velites quasi
cacumina montium ascendunt / Ad que perfecte cacumina quia infirmi pervenire non
valent / recte subditur petra refugium erinaceis quia videlicet invalidos non sublimi
intelligentia exercet sed sola in corpore fides humiliter continet hec beatus Gregorius Assentit
quippe compara hec sed quia perducit ad montem tutum qui non expugnatur sed ad
montem clarum qui non obscuratur / Ad montem mundum qui non maculatur Ad montem
quietum qui non inquietatur De primo Genesis 19 In monte salvum te fac De secundo
Machabeorum in refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis
De 3o psalmo 86 fundamenta eius in montibus sanctis et mundis et puris
De 4o psalmo 71 suscipiant montes pacem populo Recte igitur eidem monti compaui
a principio cum dixeram Rigans montes de superioribus suis de fructu operum
tuorum saciabitur terra que sunt verba in principio [illegible] assumpta et modo predicta sed et
hec iterum repetita apostolo

In quibus verbis sic iterum introductis quatuor tanguntur quatuor libris
Sententiarum correspondentia scilicet divine essentie amplitudo et hec quantum ad primum
librum cum dicitur rigans montes Ipse enim deus dominus monti comparatur Ipsa enim
sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis dicebat lucifer Ascendam
super altitudinem nubium et ero altissimo similis Secundo tangitur divine sapientie
magnitudo / et hec quo ad secundum librum cum dicitur de superioribus suis / non
enim in inferioribus sed in superioribus regulam posuit et terminum imposuit
sapientiam suam ad non sue cursus peragendos quia sapientia et sapientia invicte sunt
in eo Danielis 2o Tertio tangitur humane reparationis promptitudo et hec
quo ad tertium librum cum dicitur de fructu operum tuorum fructus enim incarnationis
quo redempti sumus est fructus magnifici operum dei psalmo [illegible] Quam
magnificata sunt opera tua domine quibus fructu repleti sumus Ad philippenses 1 Reple
ti fructu iustitie per ihesum christum Quarto tangitur humane curationis [illegible]
et hec quo ad quartum librum cum dicitur saciabitur terra Sacramenta enim de
quibus agitur in quarto quibus homo de terra factus satiatur ad curandum hominis
lapsi instituta sunt de quo dicitur illud luce 10 curam illius habe Et
quia prima duo membra tria initia duorum librorum precedentium utrumque
expedita sunt prius / relinquendo quartum membrum pro predicatione quarto dici
tur quod in verbis premissis tangitur humane reparationis promptitudo cum dicitur de
fructu operum tuorum fructum enim reparationis salubrem ex operibus incarna
tionis et redemptionis consequti sumus qui fructus surgit ex labore christi
de quo dicit propheta Laboravi clamans rauce facte sunt fauces mee psalmo
68 huius laboris fructum reportamus gloriosum quia bonorum laborum gloriosus
est fructus Sapientie 3o In hac autem incarnatione et qua humani fructus
reparationis sequitur est tanta stupenda et laudanda videtur primum scilicet miraculi
sublimitas / secundo dei commendata erga nos liberalitas / et nostre nature in filio
adoptata fragilitas Exemplo dicit beatus Bernhardus in sermone de vigilia nativitatis

dicens tria opa tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumpcione
nre carnis Ita mirabilit singularia et singularit mirabilia vt talia nec
facta sunt nec facienda sint amplius sup terram Coniuncta sunt quippe ad inuice
deus et homo mat et virgo fides et cor humanum Admirabiles iste mixture
et omni miraculo mirabilius quo tam diuersa abinuice in inuice potuere
coniungi Contraxit se maiestas quo vt quid quod melius habebat vz seipm
limo nro coniungeret vt in psona vna sibi inuice inveniantur deus et limus
maiestas et infirmitas tanta vilitas et sublimitas tanta hec ille
De scdo quod fuit gratie commendata liberalitas dicit de qua dicit aplus quid habes
quod non accepisti i corinth iiii et iterum nonne cum illo omnia donat nob
vnde b aug x li de ciuitate dei c xxix gracia dei non potuit gracius
commendari qm vt ipse vnicus dei filius in se incommutabilit manens indue
ret hominem et spem dilectionis sue daret hominibus homine medio quo ad
illum ab hominibus veniretur qui tam longe erat immortalis a mortalibz
incommutabilis a commutabilibz iustus ab iniustis beatus a miseris Et
quia naliter indidit nobis vt beati immortales quoque esse cupiamus manens
beatus suscipiens quoque mortalitatem vt nobis tribueret quod amamus pxtum
docuit contempnere quod timemus De tercio quod fuit nre nature in filios dei
adoptata fragilitas dicit aplus ad Galat iiii At vbi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege vt
eos qui sub lege erant redimeret vt adopcionem filiorum dei reciperemus
Omnes namque filii dei estis per fidem in xpo ihu dicit aplus ad Galat iiio
vnde b aug xxi de ciuitate dei c xv vnicus natura dei filius pxter
nos misericordia factus est filius hominis vt nos natura filii hominis filii dei per
illum gracia fieremus Manens quippe ille immutabilis naturam nram in qua
nos susciperet suscepit a nobis et tenax diuinitatis sue nre infirmitatis par
ticeps factus est et i sicut enim per vnum peccantem in hoc tam graue ma
lum deuenimus ita per vnum hominem eundem quoque deum iustificantem ad illud
bonum tam sublime veniemus hec b aug huius autem dei et hominis
iustificantis nos incarnationem et passionem et ex eis secuta nobis proz in pti
culari cognoscimus per hanc scriptam cuius tocius libri qui est [illegible]
tres partes principales continentes quadraginta distinctiones In prima pte
a distinctione prima vz vsque ad distinctionem xiiii determinatur de benedicta filii dei
incarnacione quod deus eternus immutabilis impassibilis factus sit homo muta
bilis et passibilis secundum humanitatem et de generacione eius ineffabili et aliis
eidem annexis Et de sapia et gracia xpi qui est virtus et sapientia
patris de cuius plenitudine omnes nos accepimus In secunda vero parte a di
stinctione vz quintadecima vsque ad vicesimamtertiam agitur de acerbissima
passione xpi de defectibus quos xpus assumpsit et quos eum assumere
decuit de efficacia voluntatis et oracionis xpi et quod per mortem eius
sumus liberati a culpa pena eterna et ptate dyaboli de merito passionis
sionis xpi In tercia parte a distinctione xxiiii vz vsque in finem
libri agitur de virtutibus theologicis et cardinalibus et donis spus
sancti et de preceptis decalogi quibus opa virtutum prescribuntur quibus
lapidibus virtuosis montes figurantur de superioribus hic vz qui ad aliorum
regimen sunt positi a quibus alii infra eos positi exemplum bene

spandi accipiunt ut hij et isti de fructu operis incarnationis et redemptionis
xpi saciati ad fructum eternum qui non perit veniant sine termino regna
turi quem fructum eternum et nobis concedat deus qui per secula bene
dictus Amen. Deo Gratias :

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ [illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sermo in dominica [illegible] qui est [illegible]
1492 / [illegible] anno [illegible]
17 octobris

Homini ab ierusalem in Jericho descendenti vulnerato / plagis vapulanti cui opus erat
medicamento curantis / xpus ihesus sempiterni patris eternus filius medicus ce-
lestis ut curaret egrotum. De altiori trinitatis summe consilio ex sinu patris
tamquam sponsus de thalamo ad yma descendit in uterum virginis / inde quoque
clauso semper eius utero egressus / etate in eo et sapientia proficiente
mundi huius lustrans itinera viam vite docuit salutarem / cibo cibans
sui dignissimi corporis suavissimo discipulos quos elegit ex milibus /
ipsis celestis misterij secreta a seculis abscondita aperuit / traditusque postea
innocens ab eo qui secum dulces capiebat cibos mortis dire gustavit
pocula crucis clavis affixus / ex latere lancea confosso sacramentorum medelam
effudit / dum sanguis in redemptionem et aqua in ablutionem effluxit credentibus
ut portam paradisi culpa prevaricationis ade clausam credere volentibus aperiret
Hic est ille piissimus Samaritanus qui videns hominem sic ut predicitur atro-
citer sauciatum / miserationis affectu compatiens medicinam attulit efficacem
per quam curatis prius vulneribus ac plena reddita sanitate in sui principij re-
duceret originem / a quo delinquens corruerat in errore. De hoc celesti medico
dicit b. Greg. [illegible] moralium. Medicine mos est ut aliquando similia similibus
aliquando contraria contrariis curet. Nam calida calidis / sepe autem frigida calidis
calida frigidis sanare consuevit / veniens igitur ad nos desuper medicus noster
tanto quam inveniens languoribus pressos / quedam nobis similia et quedam contraria
apposuit. Ad homines quippe homo venit sed ad peccatores iustus / Concordavit
nobis veritate nature sed discrepavit a nobis vigore iusticie. Vitiosus enim homo
corrigi non poterat / nisi per deum / videri autem debuit qui corrigebat / ut prebendo
imitationis formam ante acte malicie mutaret vitam. Sed videri ab homine
non poterat deus / homo ergo factus est ut videri potuisset. Christus ergo atque invi-
sibilis deus apparuit similis nobis visibilis homo / ut dum videtur deus ex simili
curaret ex iusto / ut dum veritate generis concordat conditioni nostre / arte obvia-
ret egritudini. Hec ille. Egrum igitur curavit genus nostrum humanum quia pro
omnibus mortuus est ut et qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro
ipsis mortuus est et resurrexit ij Cor v. Hac autem cura post lapsum homo
permaxime indigebat cum a perfecta sanitate qua in primordio creationis fuit
declinasset. In primo enim statu secundum Aug. xiiij libro de civitate dei c. xxvj
vivebat homo in paradiso sicut volebat / quamdiu hoc volebat quod deus iusserat
vivebat fruens deo / ex quo bonus erat / bonus vivebat sine ulla egestate
sicut semper vivere habens in potestate / cibus aderat ne esuriret potus ne sitiret
lignum vite ne illum senecta dissolveret / nihil corruptionis in corpore ullas
molestias ullis eius sensibus ingerebat / nullus intrinsecus morbus nullus
ictus metuebatur extrinsecus / summa in carne sanitas / in anima tota tranquilli-
tas. Sicut in paradiso nullus estus aut frigus / ita in eius habitatore nulla
ex cupiditate vel timore accidebat bone voluntatis offensio. Hec b. Aug. Sed
cum hanc suavem iocunditatem paradisi prevaricando perdidit / egritudini subesse
cepit / dum descendens ab ierusalem in Jericho / hostis virulenti plagis percussus /
vulnera pertulit quia secundum b. [illegible] Augustinum ad Orosium inobediens man-
dato dei atque elatus superbia / suasionem serpentis obediens / dei precepta con-
tempsit ex quo mortis periculum incurrit ut ab illo uno homine humana natura
viciata atque peccato obnoxia mortalis existeret. Sic quod [illegible] peccato humanum genus
duo incurrerat / mortem scilicet et infirmitatem / mortem scilicet separationem a vite prin-
cipio de qua in ps. [illegible] dicitur Apud te est fons vite. Vnde ad Rom. v.
per unum hominem peccatum in mundum intravit et per peccatum mors ita et in omnes
mors pertransiit. Infirmitatem vero scilicet destitutionem gratie que est hominis sanitas
que petitur a Jeremia xvij° primo. Sana me domine et sanabor et in
ps. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Dicitur ergo ex peccato primorum parentum
totum genus humanum iacebat egrotum variisque vulneribus sauciatum teste beato
Augustino de expositione simboli sermone primo. Ad hoc facti sumus ut natura
eterne dormiremus / sed per peccatum in primo homine lapsi sumus et in morte

hereditate omnes decurrimus / facti sumus mortales impleti erroribus / et hac
merito peccati / quo merito et reatu nascitur omnis homo / cuius reatum et mi
seriam Ysidorus considerans in persona dolentis hominis dicit / Anima mea
in angustiis est / spiritus meus estuat / cor meum fluctuat / Angustia animi
affligit me / circumdatus sum malis meis / septus erumpnis / conclusus ad
versis / Hec autem adversa et plagas vulnerum a latronibus homini inflicta neque
sacerdos neque levita dum preiret curare poterat quia neque lex neque
neque lex mosayca huic morbo curam perfecte sanitatis potuit exhibere Decre
verat equidem deus secundum beatum Ambrosium quem allegat magister in libro distinctione prima
post primum peccatum / hominem non intromitti in paradisum id est ad dei contemplacionem
non admitti / nisi in uno homine tanta consisteret humilitas / que omnibus suis
prosit si posset / sicut in primo homine tanta fuit superbia que omnibus suis
nocuit / non est autem inventus inter homines aliquis quo id posset impleri /
nisi leo de tribu iuda qui aperuit librum et solvit signacula / implendo
in se omnem iusticiam et consumata humilitate qua maior esse non potest / Nam
omnes alii debitores erant et vix unicuique virtus sua sufficiebat et hum
ilitas Nullus ergo eorum poterat hostiam offerre sufficientem ad reconcilia
cionem Sed christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia qui multo
amplius est humiliatus amaritudinem mortis gustando / quam ille adam superbi
per esum ligni vetiti nociva delectatione perfruendo / Si ergo illius superbia
tanta extitit ruina / ipsum de paradiso mittens foras / aliosque excludens ianua
multo magis christi humilitas qua mortem gustavit / ingressum regni celestis
omnibus suis impletis dei decreto aperire voluit / atque debita delere suo
cirographum Ut enim ait idem super illud ad hebreos 9° et ideo novi testamenti
mediator tantum fuit peccatum nostrum ut salvari non possemus nisi unigenitus
tus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis / sic dignos nos fecit
testamenti et promisse hereditatis Quicquid hereditatis et promissa novi
ab ipso christo vero herbe et medico celesti qui a summis ad yma descendit ut
curaret sanando et saciaret reficiendo / curaret corpore et anima / saciaret
saciatos / curaret a peccatis mundando / saciaret utilibus et spiritualibus graciis refi
ciendo / Hec autem cura et sacietas facta est per sacratorem graciarum que in morte christi
ex eius latere profluxerunt de quibus sacrascriptura et precipue sacra quatuor
libri sermonibus plenissime pertractat scilicet de quibus sacietas Quicquid sacri
scriptura prout etiam in principio librorum precedencium dictum est reddit commen
dabilis ex quatuor scilicet ex auctoris dignitate / consideracionis firmitate / sermonis
seu verbi suavitate / refectionis spiritualis sacietate que quatuor tanguntur in
verbis per me a principio assumptis scilicet stillabunt montes dulcedinem etc. de superioribus suis
de fructu operum tuorum saciabitur terra Et quia prima tria materia deducta
sunt in principio trium librorum precedencium ideo hiis omissis de quarto nunc
restat agendum reddit igitur sacrascriptura commendabilis et spiritualis refectio
nis sacietate Ut enim cibus materialis reficit corporaliter ita sacrascriptura reficit
spiritualiter christus enim secundum beatum Ambrosium super psalmo 118 versu tercio habet spiritua
les epulas suas alias forciores ut est lex et ewangelium alias suaviores
ut sunt psalmi et cantica canticorum / Et infra subdit Tu ergo scripturarum
celestium cibos ede ut permaneat tibi in vita eterna Sed ede quotidie et
non esuries ede ut replearis ut verborum celestium virtutes / sagina seu
pinguitudine spirituales autem epule non obesse solent sed prodesse saciate
Hec beatus Ambrosius hiis epulis saciavit dominus quinque et septem milia hominum Mat
thei 14 marci 6 luce 9 Johannis 6 Non dum enim cibo materiali saciati fuerunt
sed etiam verbo dei et doctrina christi / quia non in solo pane vivit homo sed
in omni verbo quod procedit de ore dei Mathei 4° deutronomii 8° Quia
igitur sacrascriptura saciationi congruit conveniencius / ideo medium vocatur
mensa / sicut medium corporis / medium cibus et potus / medium manna / quod
non tota de primo dicit beatus Augustinus 3° de moribus Sacrascriptura
mensa dicitur quia fessos adesse atque a seculi oneribus remittat pane

verbi reficit et contra adversarios sua refectione nos roborat Unde alibi ab
ecclesia dicitur posuisti in conspectu meo mensam id est sacram scripturam adversus eos
qui tribulant me. De secundo dicit idem super moral. Scriptura sacra proprie
dicitur in qua verbi pabulo animalia sancta saciantur de quibus per prophetam
dicitur animalia tua habitabunt in ea. hinc etenim natus dominus a pastoribus in presepio
reperitur quia eius incarnatio in ea nos reficit in qua prophetarum scriptura cogno
scitur. De tercio dicit idem in prologo moral. Sacra scriptura aliquando nobis cibus est
aliquando potus. Cibus est in locis obscurioribus quia quasi exponendo frangitur
et mandendo glutitur. potus vero est in locis aperioribus quia ita sorbetur
sicut invenitur. Cibum vidit propheta sacram scripturam qui exponendo frangendus
erat dicens parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. id est infirmi
quique scripture sacre valentiores sententias petierunt exponendo communi
sed qui exponere debet non invenerunt. potum vidit scripturam sacram
cum diceret omnes sicientes venite ad aquas. Si potus aperta mandata non essent
per semetipsum veritas non clamaret Si quis sitit veniat ad me et bibat.
Huius panis consulit esum beatus Ambrosius li. primo de officiis cl. pl. dicens
Edamus panes sapientie ut saturemur in verbo dei quia non in solo pa
ne sed in omni verbo dei vita hominis est facti ad ymaginem dei. De poculo
sacre scripture dicit sanctus Job Sicut terra expectans pluvias. sic et isti sermones
meos. Pulchrum est ergo ut divinarum scripturarum humectati eloquio et quasi
ros sic in nos verba dei descendant. De potu huius aque dicit scriptura
Aqua sapientie potavit eos dominus. De quarto et quinto dicit idem ibidem li. primo
verbum dei manna est et quidquid bona voluntas suscipientis appetit hoc profecto
in ore comedentis sapit, et consequenter subdit terra est verbum dei quod quanto
labor inquirentis exigit tanto largius fructum reddit hec beatus Gregorius. Cum
igitur scriptura sacra mensa est ideo cum honestate tractanda. quia proprie ideo in
ea quiescendum. quia cibus et potus ideo ea vivendum quia manna ideo in ea
cum suavitate delectandum quia terra ideo in ea in securitate ambulandum. que omnia re
fectionem et saciationem quemvis ideo homo de terra factus de fructu operum eius
refici et saciari potest. nec ergo quod sonat verba thematis assumpti cum dicebatur
inter alia verba thematis de fructu operum tuorum saciabitur terra hoc ingerit
terra homo qui de terra factus saciari potest et refici de fructu operum sacre
scripture cuius fructus etiam in maxima parte in sacramentis ecclesie de quibus tractat
sacra scriptura consistit. Et quis enim cibus corpore Christi suavior ad gustandum
iuxta illud Gustate et videte quoniam suavis est dominus psalmo 33. Cuius
potus poculo sanguinis Christi dulcior ad potandum de quo scriptum est Calix meus
inebrians quam preclarus est psalmo 22. Que aqua purior ad sordes
abluendum aqua baptismi que dicitur lavacrum regenerationis et renovatio
nis spiritus sancti quem effudit deus in nos habunde per ihesum christum ad titum iii
Que gracia nobilior ea que in confirmatione confertur. quis ordo stabilior
et preclarior ordine sacerdotali in quo et Christus est sacerdos secundum ordinem
melchisedech ad hebreos vii. Et sic ad gradus aliorum sacramentorum descendendo
Quecumque sacramenta refectionem et saciationem humane quemvis sunt. propter eorum
efficaciam. propter eorum puritatem. propter eorum dignitatem. efficacia enim cibus et po
tus confortat spiritus sanitatem prestat. et dignitas eorum delectat. efficacia
quod habent sacramenta ex eo quod sunt ecclesie catholice ecclesia que mater est omnium et sponsa
Christi de quo dicit beatus Augustinus ad vincencium donatistam Extra catholicam ecclesiam
sunt omnia sacramenta dominica que habetis et datis sicut habebant et dabant
priores quam exiretis de ecclesia per hereticam pravitatem. Efficacia etiam eorum apparet
quia sive a digno sive ab indigno ministro exhibentur in forma ecclesie
efficaciam optinent quoniam a deo dantur per ministrum et a deo sanctificationem acci
piunt secundum beatum Gregorium dicentem Non nocet malicia episcopi neque ad baptismum
infantis neque ad consecrationem ecclesie. quia baptismus a deo datur non ab homine
venit. Sic eucaristia et omnia quecumque in altario ponuntur sunt ab homine non
sed a deo sanctificationem accipiunt. Ad que ut dicit beatus Augustinus de verbis domini

si quis accesserit corde non ficto / in ipso spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum
qui in sancta ecclesia ita operatur ut reprobos fugat et tamen per eorum ministerium re-
probos colligat. Et in li. 2o contra epistolam parmeniani dicit omnia sacramenta cum obsint
digne tractantibus prosunt tamen per eos digne sumentibus sicut et verbum dei.
convenientia || Sunt etiam sacramenta ~~[illegible]~~ refectioni humane et saciationi propter eorum puritatem /
Sacramenta enim a deo sanctificata a ministris immundis coinquinari non possunt per mini-
strum enim immundum ut dicit Augustinus in libro 2o contra gentiles hereticos non contaminatur
donum dei / quia per illud purus fluvius transit / venit ad fertilem terram.
Sicut quia lapis ex aqua fructum ferre non potest / et per lapideos canales si
transit aqua ad areolas / in canali lapideo nichil generatur / sed ortus plurimum
fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ut lux pura ab illuminandis capitur
sed per immundos transiens non coinquinatur. Hec b. Augustinus. Sunt etiam ipsa
sacramenta prout dixi refectioni humane et saciationi convenientia propter eorum dignitatem
que in hoc evidenter apparet quia in sacramentis divina virtus secretius operatur
ipse quia spiritus sanctus in eis suum operatur effectum. Unde dicit b. Gregorius sacra-
menta ideo dicuntur quia sub tegumento corporalium rerum divina virtus secretius
salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde a secretis virtutibus vel sacris sacra-
menta dicuntur. Que ideo apud ecclesiam fructuosa sunt / quia spiritus sanctus in ea manens
eundem sacramentorum latenter operatur effectum. Hec b. Gregorius. Et b. Augustinus in ser-
mone de remissione peccatorum dicit ut evidenter ostenderet dominus a spiritu sancto quod
donavit suis fidelibus dimitti peccata non meritis hominum / quodam loco ait: Ac-
cipite spiritum sanctum et continuo subiecit si cui dimiseritis peccata remittuntur
ei / hoc est spiritus sanctus dimittit non vos / intellige hoc principaliter et auctoritative
licet etiam sacerdos ministerialiter. His igitur refectionibus spiritualibus sacramentorum sacra
scriptura saciat mentes fidelium. Saciare quippe pietatis est. Unde et ipsa sacra
2 || vocatur scriptura propter hoc quia mentem saciat sacietas pietatis ~~dicitur~~ pluribus de causis
primo quia fontem pietatis habet auctorem scilicet spiritum sanctum quia spiritu sancto
inspirati locuti sunt sancti dei homines 2a Petri 1o. Secundo quia in[illegible]
maxime docet pietatem ad Titum 2o Apparuit gratia dei salvatoris
nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem et secularia
desideria sobrie et pie et iuste vivamus. Tercio quia pium et devotum
exigit auditorem Ecclesiastici 1o [illegible] propter agentibus dedit sapientiam. Quarto
quia pium et ~~[illegible]~~ bonum exigit doctorem 1 ad Thimotheum 4o
exerce teipsum ad pietatem loquitur apostolus Thimotheo doctori plebis.
Doctoribus quippe qui in scriptura montibus comparantur ex superdicte precipitur
ut super mentem ascendat Ysaie 40. Super montem excelsum ascende tu qui
evangelizas Syon. Quinque enim prelati et doctores dicuntur mons oliveti
propter pietatem quia oliva pietatem signat / mons libani propter castitatem quia
libanus interpretatur candor / mons carmeli propter caritatem quia carmelus
interpretatur pinguedo / mons syon propter intelligentie claritatem quia syon
interpretatur specula. Hii sunt montes a quibus tamquam ex rivis effluit scientia
in alveum subditorum. Et ideo cum a principio in introductione verborum
thematis monti comparavi quia rigat montes prelatos et doctores
de superioribus hoc est de archanis et secretis suis et mediante hoc ipsos sed
et subditos ipsorum in quibus rigat montes ~~claritatis~~ carnalitatis psalmo 96
montes sicut cera fluxerunt / rigat in eis montes et tumores cupiditatis
psalmo 82 sicut ignis qui comburit silvam et flamma comburens montes
ita persequeris eos. Rigat montes adversitatis Jeremie 4o vidi montes
et ecce movebantur et omnes colles conturbati sunt / rigat montes
obstinatis Jeremie 50 pastores eorum seduxerunt eos et fecerunt vagari
in montibus. Recte igitur de ea dicebam verba a principio assumpta
Rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum saciabitur
terra / que sunt a principio proposita et in precedentibus libere et hic iterum
repetita

In quibus verbis sic introductis quatuor tercium principaliter innuuntur quatuor
libris Sentenciarum convenientia scilicet divine essentie amplitudo cum dicitur quasi
montes de quo dictum est circa principium primi Secundo divine sapientie magnitudo cum dicitur rigans
de superioribus suis de quo dictum est circa principium secundi Tercio tangitur divine
reparationis promptitudo cum dicitur de fructu operum tuorum de quo dictum est circa prin
cipium tercii Quarto tangitur divine curationis certitudo et hoc quo ad quartum
librum cum dicitur satiabitur terra Sacramentis enim de quibus agitur in isto libro quarto
que sunt curativa morborum spiritualium satiatur homo qui operatur terram de deo et
de terra factus est Proverbiorum xii qui operatur terram suam satiabitur panibus glossa terram
id est animam exercet virtutibus satiabitur panibus virtutum et tandem premiorum quorum causa
sit in sacramentis Et quia prima tria predicta circa principia trium librorum prece
dentium expedita sunt Ideo hiis omissis pro commendatione huius scientie dicendum
quarto quod in verbis premissis tangitur divine curationis certitudo cum dicitur satia
bitur terra homo enim de terra factus satiatur reficitur et curatur per hanc scientiam et
per ea que in ea tradita sunt Est enim curativa defectuum spiritualium in ~~[illegible]~~ addiscente
ca ~~[illegible]~~ de quo dicit Hugo in libro de disciplina noviciorum Vos fratres qui
scolam discipline iam intrastis in lectione divina prius debetis querere illud quod
mores vestros ad virtutes imbuat quam quod sensum acuat ad subtilitatem et velle
magis informari in preceptis scripturarum quam questionibus impediri Cum enim di
vinas scripturas legitis diligenter advertite quid ibi dictum sit ad excitandum
amorem dei quam ad contemptum seculi quid ad cavendas insidias inimici quid ad
bonos affectus nutriendos et quid ad prava desideria expellenda quid ad
disciplinam in opere quid ad humilitatem in cogitatione quid ad obedientiam in preceptis
quid ad patientiam in adversis doceat Quid denique ad agenda bona et caven
da mala doceat esse circumspectum Hec sunt remedia anime contra spirituales
defectus quos curare docet hec scientia que sanat infirmitates spirituales et perfectius
est sanativa quam medicina corporalis de qua dicitur psalmo cvi Misit verbum
suum et sanavit eos hec enim scientia medicum est curativa corporis sed etiam anime
in qualibet infirmitate viator laboravit iuxta illud Qui sanat infirmitates tuas
psalmo ci Reducuntur autem omnes infirmitates anime radicaliter ad septem principales
spirituales representatas per septem infirmitates corporales Superbia enim frenesi Ira
acute Invidia febri Accidia paralisi Gula epilensie Luxuria lepre comparantur
Ab hiis siquidem omnibus infirmitatibus spiritualibus curat animam hec scientia curat
quippe a superbia suadendo humilitatem dicente Samaritano celesti medico
Discite a me quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus
vestris Mathei xi Sanat iram suadendo mansuetudinem Unde scriptum est
In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras
Jacobi primo Sanat invidiam suadendo amicitiam et caritatem Mandatum novum
[illegible] do vobis ut diligatis invicem Iohannis xiii Vita carnis sani
tas cordis putredo ossium invidia Proverbiorum xiiii Sanat accidiam suadendo agi
litatem Unde scriptum est Sit autem omnis homo velox ad audiendum scilicet bonum et
optimum Jacobi primo Sanat avariciam docendo dari elemosinam et fieri pietatem
Luce xi Date elemosinam et omnia munda sunt vobis et Ysaie lviii Frange
esurienti panem tuum Sanat denique gulam suadendo sobrietatem Unde
Sobrii estote et vigilate prima Petri v et Luce Attendite ne corpo
ra graventur crapula et ebrietate Unde sanitas mentis et corporis est sobrius
potus Ecclesiastici xxxi Sanat insuper luxuriam suadendo castitatem Luce xii
Sint lumbi vestri precincti Sic igitur patet quod hec scientia sit curativa cunctorum
omnium morborum spiritualium animam a rectitudine iusticie deprimentium Et
ideo ut egri sanarentur venerunt ut audirent ipsum et sanarentur a
languoribus suis Luce vi Et Luce ix dicitur misit eos predicare et sanare
infirmos hec est sermo quo omnia portantur hec est sermo quo omnia firmantur
hec est sermo quo omnia curantur De sermo dicitur Ad hebreos primo portans omnia

verbo virtutis sue purgationem peccatorum faciens De 3° principaliter verbo domini
celi firmati sunt et psalmo cxxxii (?) ut firmetur sermo tuus quem locutus es
de 3° tertio Sapientie xvi Sermo tuus sanat omnia Et nedum hec sua sanat
animam spiritualiter per precepta et consilia mea tradita sed et per ipsa sacramenta
de quibus agitur in presentia huius capituli que ad curationem et medelam morborum
spiritualium instituta sunt Congruebat enim multas invenire medicinas in lu
supplementa morborum ut dicit Augustinus ad Bonifatium hec autem medicine sunt
sacramenta novi testamenti Veteris enim testamenti sacramenta seu simplicia medicinam
effectualem facere non poterant nec curare perfecte ut dicit apostolus ad Hebreos x° Im
possibile enim est in sanguine thaurorum et hircorum auferri peccata Ideo dicitur Isaie
primo Vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata medi
medicamine neque fota oleo Et hec dicitur quantum ad triplex genus peccati quo homo
infirmabatur per vulnus intelligitur originale per livorem veniale per pla
gam tumentem mortale et ideo premittitur omne caput languidum et omne
cor merens a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas Et ideo
ut attenderet vulnerato et plagis percusso perfecta sanitas necesse fuit afferre
unguenta et unctionem spiritualem ac virtutem vitalem pro curatione morbi
hec autem fecit Christus dominus qui vere fuit unctus Iuxta illud Isaie lxi Spiritus
domini super me eo quod unxit me ad annunciandum mansuetudinem qui attulit
unctionem spiritualem et unguenta curativa morborum Iuxta illud Ecclesiastici xxxviii
Unguentarius faciet unguenta sanitatis id est instituet sacramenta redolentia
ad placandum maiestatem dei que quidem ex eius morte hunc efficaciam ad sa
nandum qui dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem
et hostiam deo in odorem suavitatis Ad Ephesios v° et tunc factum est ut domus
scilicet ecclesia militans esset repleta unguentorum odore Math. xxvi Unde
super illud Ad Ephesios v° Sacramentum hoc magnum est dicit Augustinus dormit
Adam ut fiat Eva de latere mortuo Christo lancea percutitur latus ut
fluant sacramenta quibus formaretur ecclesia que sub numero septenario instituta
fuerunt figurata in septem panibus de quibus dominus quatuor milia hominum saciavit
Math. xv et in aliis locis scripture similibus figurata sunt ubi de numero
septenario mentio specialis habetur que enim a Christo hec numero sacramenta
saciativa sunt et perfectiva de quibus saciatur homo de terra factus quod in
innuitur in verbis thematis cum dicitur saciabitur terra Sunt quoque curativa
morborum perfectamque sanitatem restituunt Deo per ministros Christi in forma ecclesie
ministrant quibus dictum est illud Luce x° Curam illius habe Primum
enim sacramentum scilicet baptismus est potens ad deletionem quod est sacramentum intrantium significatum
in mari rubro ubi submersi sunt egipcii id est peccata Exodi primo quod
sacramentum dolorem illuminat concupiscibilem ad bonum inflammat Irascibilem
confortat gratiam tribuit fomitem mitigat ianuam celi aperit Unde
et Christo baptisato celi aperti sunt Math. iii° Sacramentum vero confirma
tionis est in bona confirmatione quia gratiam datam confirmat Iuxta
illud Confirma hoc deus quod operatus es in nobis psalmo lxvii quod
sacramentum est pugnantium quos ad resistendum viriliter hostibus animat et confortat
Sacramentum eucharistie quod est sacramentum vires resumentium est mistici corporis
incorporativum Iohannis vi Qui manducat carnem meam et bibit meum
sanguinem in me manet et ego in eo quod figuratum est in manna de celo
tunc quo descendebat puteus et ros Exodi xvi quia est cibus etiam con
sollationem et virtutis roborationem Unde scriptum est Panis cor hominis
confirmet est contra hostes armativum Unde Parasti in conspectu meo me
sam adversus eos qui tribulant me Est vero eterne collationis quia qui
manducat carnem meam et bibit meum sanguinem habet vitam eternam
Iohannis vi° Sacramentum penitentie quod est resurgentium est anime iustificativum septies
enim in die cadit iustus et resurgit Proverbiorum xxiv per quod homo a peccatis

solutis / eccl(es)ie restituitur / xpo reconciliatur Sacr(amentu)m unctionis q(uo)d est sacr(amentu)m
exeuntium ad futuram vitam p(re)paratum q(uo)d datur hinc egredientibus Jacobi
v(lti)o Infirmat(ur) quis ex vobis inducat p(res)b(ite)ros eccl(es)ie ut orent super eu(m) ungen
tes eum oleo in nomine d(omi)ni Sacr(amentu)m ordinis q(uo)d est sacr(amentu)m ministrantium est
eruditum et illu(m)i(n)atum quia labia sacerdotis custodiunt s(cienti)am et legem requirunt
de ore eius Malachie s(ecun)do vas q(uo)q(ue) preciosum labia s(cienti)e proverbiorum xx
Sacr(amentu)m coniugii q(uo)d est novos milites introducentium est a malo consignatum
iuxta ap(osto)l(u)m i Corinth(ios) vii unusquisq(ue) p(ro)pter fornicatione(m) vitandam s(uu)m corpore
habeat Constat igitur q(uo)d hec medele spirituales sunt curantes aias a mor
bo culpe est q(uod) in eis rectitudo curationis Sunt enim ordinate con(tra) triplicem
culpam et quadruplicem penam Baptismus siquidem ordinat(ur) contra pecc(atu)m originale
p(enitenti)a contra mortale / extrema unctio contra veniale / ordo contra ignorantiam
eucaristia contra maliciam / confirmatio contra impotentiam / Matrimonium contra
concupiscentiam quam temperat et excusat / Et nedum hec sacramentorum medela s(pirit)ualia
comprimunt / verum ea ad virtutes disponunt Nam baptismus est sacramentum
fidei / confirmatio spei / eucaristia caritatis / p(enitenti)a iusticie / extrema unctio perse
verancie que est fortitudinis complementum / ordo prudencie / Matrimoniu(m)
temperancie Et de istis medelis curativis et p(re)servativis tractat hec s(ecun)da p(ar)s
te(r)tia scientia huius q(ua)rti libri sentenciarum qui h(abe)t quinquaginta distinctiones In p(r)ima
distinctione m(agiste)r agit de differencia sacramentorum veteris et nove legis causas
institutionis eorum subnectens In s(ecund)a distinctione usq(ue) ad septimam agit de sa
cramento baptismi In septima de sacramento confirmationis In octava usq(ue) ad
tredecimam inclusive de sacramento eucaristie / A tredecima usq(ue) ad vicesimam s(e)c(un)dam
de penitencia In distinctione vicesima t(er)cia de sacramento unctionis extreme A di
stinctione vicesima q(ua)rta usq(ue) ad vicesimam septimam inclusive tractat de sacramento
ordinis A vicesima septima usq(ue) ad quadragesimam ~~tertiam~~ s(e)c(un)dam inclusive de
matrimonio A quadragesima t(er)cia usq(ue) ad quadragesimam septimam de resurrectione
mortuorum A quadragesima septima usq(ue) ad quadragesimam nonam de extremo
iudicio In distinctione quinquagesima de retributione malorum et bonorum in
consummatione mundi ubi unicuiq(ue) retribuet(ur) s(ecundu)m q(uo)d in corpore gessit sive
pe malu bonum sive malum malis supplicia interminabilia / bonis p(re)mia eterna in monte syon
in celesti ubi ubi unusquisq(ue) saciabit(ur) pastus suavissimis Ezechiel xxxiiii(o)
Ecce ego requiram oves meas in terram suam et pascam eas in montibus
israel in rivis et in cunctis sedibus terre / et pascuis uberrimis pascam eas /
et in montibus excelsis pascua eorum Tunc enim homo de terra factus saciabi(tur)
p(er)fectissime sicut dicit p(ro)ph(et)a saciabor cum apparuerit gloria tua Ubi autem
rationalis potentia saciabitur sapiencia / concupiscibilis caritate / irascibilis quiete Ubi
erit candor lucis estivalis Amenitas vernalis habundancia autumpnalis
requies hyemalis Ubi deus erit rationi plenitudo lucis voluntati multitudo
pacis memorie continuatio eternitatis quam nobis prestare dignetur deus per
secula benedictus Amen

In actu presenti tria sunt facienda. Primo recomendanda est per me sacra sacre scripture compendioso et succincto sermone. Secundo proponende sunt aliquae questiones et determinande. Tercio referende sunt graciarum acciones hiis qui actui presenti dignati fuerint interesse.

Quantum ad primum pro recomendatione brevi sacre scripture assumo et repeto verba a principio per me assumpta et in actibus precedentibus repetita scripta per prophetam psalmo CIII^o: Rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum satiabitur terra. Venerabiles patres magistri venerandi doctores eximii ceterique viri spectabiles et insignes. Scrutanti scripturas in consideratione occurrit quod in nascentis orbis exordio dum cuncta virtute divina conderentur ex nichilo in fine complementi operum sexto die divina sapientia de terra agri damasceni superne manus operatione formavit hominem animal deiforme naturaliter mansuetum secundum legem rationis discipline susceptibile cui ut preesset bestiis terre piscibus maris et volatilibus celi cuncteque creature sub ipso indidit sapientiam ad contemplanda divina et scientiam ad inferiora regenda que sub pedibus eius dicitur subiecisse, positum quod in loco delicatissimo originali iustitia et virium rectitudine decoravit. Sed ille non contentus loco deliciarum ubi secundum beatum Augustinum XIIII libro de civitate dei c° XXV° vivebat sicut volebat, cibus aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vite ne illum senecta dissolveret, summa in corpore sanitas, in animo tota tranquillitas, donorum gratissimorum inmemor a summis ad yma descendens et a sui ortus generatione degenerans, divine equalitatis et scire boni et mali avidus, ad fere suasu virulenti hostis cuius fraudes instinctus eius dominio se sponte subiecit, amisso quod imperio in viribus superioribus ad inferiores miseriam mortis incurrit nobisque servitutis calamitatem invexit. Et hac occasione velo ignorantie obvolutus ut qui prius serena luce aere penetrabat archana celestium nebulo mundane caliginis nil absque medio poterat intueri. Peccando enim segregatus erat a iustitia qua poterat in virium rectitudine persistere, a gratia qua poterat in bono proficere, et a gloria qua esset immunis a mortis aculeo. Per primum desiit esse pulcher tegens pudenda sua, per secundum factus est pauper abscondens se ne videtur a deo nudatus virtutum copia, per tertium factus est miser cum in vallem miserie deiectus est de paradisi iocunda leticia. Ut longevitatis merore pressus dolorem dolori congeminans sui reatus culpam deflet quod triplex incomodum deplanxit Jeremias dicens: quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, ecce pulcritudo amissa. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum, ecce paupertas. Filii Syon inclyti et amicti auro primo quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli, ecce miseria et casus in illum. In cuius casu letifero humane compago nature corruptionis vehicula pertulit, sunt quod sibi gravibus et duris conclusa signaculis que olim nullo obstaculo obstante velamine sue intelligentie et claritati patebant. Et quanto amplius decursu temporis a prima sua formatione delabitur, tanto quadam efficitur flexibilitate debilior et maiori fragilitate labescit in varia mutabilitate defectuum bonorum ylia permutata. Sed deus ipse qui formam rationali creature indidit et cum ea consequentia forma casum plasmato sui condolens cupiens in natura supplere quod mortifera gustus extulit principianota efferre non poterat scientiam actum ve decrevit dogmatibus erudiri quo fit ut genera ... in orbe varia sermonis ydiomata in unum ... eloquii convenirent ... commercium ordinis ... Romani sese sequentium redarguuntur in monumenta librorum, quorum gesta clarissimorum virorum scripture commemorat, tota mente moveri debemus ut tales ... quales illi fuere. Ut dicit ille ... Basilius magnus ...

fili

erudiri

et falsi certamina certis racionibus dirimuntur / sic generacionis et corrupcionis
corporum vniuersorum ordo / simplicitas quoque elementorum qualitatibus distinctis /
sic moles et magnitudines corporum dimense sunt / sic astrorum cursus arte
et ingenio hominis in suis sunt orbibus comprehensi / Sic quoque ad sacrarum etiam
altitudinem scripturarum / et eleuatur spiritus vniuersitatis debite distribucionis ordine
scientie Quecumque et si omnes ad perfectionem intellectus acuunt vt dicit Albertus
circa septem ecclesiarum In quibus secundum Policratum li 7o c° 7o est vera liber
tas / in eis salus in eis lux et refugium / ipse cordis vita / vniuersum inquit
duces et quedam forme sapientissime viuendi / ipse via casibus obstruentes
omnia cum preuisione et racionis moderamento disponunt Longe tamen
amplius et excellencius ea ipsa doctrina que theologia dicitur perficit
intellectum humanum / cum sit caput et origo et lux totius veritatis / De qua dicit
beatus Ciprianus in epistola ad Pompeium Si ad diuine tradicionis caput
et originem reuertamur cessat error humanus / et sacramentorum celestium racio
perspectis quibus sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat / in lucem
veritatis aperitur / Et paucis interpositis subdit si in aliquo nutauit et vacilla
uerit veritas ad originem diuinam et euangelicam et apostolicam tradicionem
reuertamur / vt inde surgat actus nostri racio vnde ordo et origo surrexit
Vnde et propter hoc ipsa dicitur scientia veritatis que omnia vincit 3 Esdre
4o Est enim scientia veritatis quia a veritate originaliter scilicet a Christo qui
est via veritas et vita Johannis xiiii de veritate materialiter Act xxvi verita
// et sobrietatis verba eloquimur / quia in veritate formaliter 2e Cor 6o
sicut in veritate omnia verbis loquuti sumus / pro veritate finaliter Joh xviii Ego
in hoc natus sum et ad hoc vt testimonium perhibeam veritati / Est autem theo
logica sacra scriptura ~~[struck]~~ quia in ea scripta sunt veritas catholica ad credendum
Joh xx Hec autem scripta sunt vt credatis quia Jhesus est Christus filius dei / gra
ciosa ad appetendum Apoc 1o scribam super eum nomen dei mei / peccata humana
ad erubescendum Joh 8o Jhesus inclinans se scribebat digito in terra
et dicitur quod peccata accusancium adulteram describebat / exempla sanctorum ad
imitandum Eccli 3 Reliqua autem verborum salomonis que fecit et sapientia eius
nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum salomonis / premia eterna ad
acquirendum Apoc xiiii scribe beati mortui qui in domino moriuntur / gehenne
supplicia ad deterrendum Job xiii scribis enim contra me amaritudines /
documenta nostrorum ad intelligendum Job xix quis michi tribuat vt scri
bantur sermones mei Quecumque scientia tam amplissime et
iocundissime veritatis a ~~[struck]~~ creatura racionali est ardenti desiderio
appetenda / presertim cum et in aliis scientiis sic est quod omnes naturaliter scire
desiderant / que etiam fuerat sententia Tulliana exploratissima li 1o de offi
qui dicebat / omnes trahimur et ducimur ad cognicionis et scientie cupiditatem
in qua excellere pulcrum putamus labi vel errare nescire decipi malum et tur nescire
pe dicimus Cum secundum Ciceronem in q Tusculanis a natura insit mentibus
nostris quedam cupiditas veri videndi / et secundum Senecam epistola lxxxviiii Nobi
lis nos natura constituit sed racionem imperfectam dedit Et ideo dicebat ille
sapientissimus Varro de quo mirandum scribit beatus Augustinus de ciuitate dei
corporum naturam lungat qui pro scientiis non laborat / hys enim solis a que
nimiam ruinam corrigi possunt vt dicit Plautus poeta in comediis
Hec autem tanto desiderabilior quanto plus perficit intellectum / perficit autem
ipsa tripliciter intellectum racionalis creature / quia illuminat / delectat / et ad vnum
conficit Illuminat quippe quia clarificat intellectum et dirigit appetitum racio
nis ad videndum et credendum sicut ad Thessa 1o Orate pro nobis vt
sermo dei currat et clarificetur / Dicitur quoque hec scientia clarificans
quia ipsa est lumine / lux / et radius / est lumine De quo dicit ad Ephe 5o primo //
omnia que arguuntur a lumine manifestantur / Lux enim fructus est

virum bonitate iustitia et veritate Ad ephe v° ideo sapiens proposuit sibi eam
habere pro luce quia inextinguibile est lumen eius Sapientie vero est
etiam radius potentie sapientie et bonitatis / potentie in miraculis / sapientie
in predicatione / et radius bonitatis in exemplis / ipsa est tenebrarum
fugatio i errorum et peccatorum per fidem in incipientibus / confortatio spiritua-
lium per spem in proficientibus / inflammatio celestium desideriorum per caritatem
in perfectis / quia ergo est lumen et radius / non mirum ergo quod illuminat
intellectum Et ideo de ea potest dici illud quod dicebat propheta Accedite ad eam
et illuminamini et facies vestre non confundentur psalmo Ipsa est sermo omni
acceptione dignus quia debet accipi tripliciter in aure ut intelligatur
luce viii° qui habet aures audiendi audiat / in corde ut retineatur
psalmo cxviii In iustificationibus tuis meditabor non obliviscar sermones
tuos In ore ut divulgetur et multiplicetur ut ibidem Declaratio sermo-
num tuorum illuminat dat intellectum parvulis In opere ut remuneretur Unde propheta
Retribue servo tuo vivifica me et custodiam sermones tuos Delectat etiam
ipsa scientia theosophie intellectum rationalis creature Est enim grata et delectabilis
de qua dicit Simon de Cassia quod ipsa est scientia veritatis que sola certificat /
hominum animos in admiratione suspendit / delectatione refovet et in ipsam
sinceram veritatem elevat et manuducit / hec enim dicitur esse delectamentum
lumen interioris oculi Sicut enim oculo corporali delectabile est intueri solem
ita oculo spirituali delectabile est versari in luce huius scientie que soli non
immerito comparatur / Sicut enim sol est maioris splendoris in claritate Unde
dicitur luminare maius Gen p° maioris fervoris in caliditate Ecclesiastici
xliii° Sol in meridiano exurit terram in conspectu ardoris eius quis poterit
sustinere / maioris valoris in fecunditate Unde per accessum eius fit ge-
neratio homo enim generat hominem et sol 2° phisicorum / maioris dulco-
ris in suavitate Ecclesiastes xi Dulce lumen et delectabile est oculis vide-
re solem Hec omnia non mediocre delectamentum afferre videntur Sic ista scientia
est maioris splendoris in claritate cognitionis maioris fervoris in calidi-
tate dilectionis maioris valoris in fecunditate predicationis / maioris dul-
coris in suavitate contemplationis / De primo dicitur psalmo cxviii lucerna
pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis / De secundo ignitum
eloquium tuum vehementer / de tertio proverbiorum p° Sapientia foris predicat in pla-
teis dat vocem suam De quarto Ecclesiastes p° mens mea contemplata est
multa sapienter / ipsa est thezaurus qui violentia non aufertur Mathei vi°
thezaurizate vobis thesauros in celo i in celestium cognitione ubi nec erugo
nec tinea demolitur / antiquitate non corrumpitur quia thezaurus sine
defectione sanctitatis Ecclesiastici communicatione multiplicatur Ecclesiastici xx sapientia
abscondita et thezaurus invisus que utilitas in utrisque Cuiusquidem the-
zaurus componitur ex auro in quo splendor intelligentie / ex argento
in quo nitor eloquentie / ex gemmis in quo virtus bone operationis
etiam quod hec scientia confert ad utile Utilis enim est quia et mores instruit
et doctrine veritatem ostendit Si enim scientie reperte hominis ingenio ad
mores aptantur multo magis hec que ab eterno fonte manat erit ab eis aliena
de humana namque philosophia scribit plutarcus in moribus doctissimus quod per hanc
scitur quid honestum quid turpe quid iustum quid iniustum et summatim quid
diligendum quid fugiendum quo parentibus quo natu grandioribus quo
peregrinis / magistratibus / amicis uxoribus / ac servis utendum sit / ut quod deos
veneremur / parentes honoremus / seniores vereamur / legibus obtem-
peremus / et quod maximum est in prosperis fortune successibus leticia
non effundi nec in adversis casibus tristicia deprimi neque omnino non volup-
tatibus esse deditos neque ita per iracundiam efferri ut beluarum animos
induamus / Si in hiis ipsis humana versatur scientia multo magis hec ab hiis peregrina

dicetur nedum enim hys sed et pluribus intendit et modo altiori de qua dicit
Basilius O sacra sacientia spiritualis prorsus habitaculum que de superbis facis hu
miles, de crudelibus mites, tu erroneos hingeris fremi, tu illuminas intellectum,
tu dirigis profectum, tu nos regis, tu nos protegis, tu purissime simplicita
tis es nigra Est itaque utilis ad excitationem docet enim nos surgere
de sompno corruptionis Romanorum xiii scientes quia hora est iam nos de
sompno surgere. Docet nos stare super pedes finalis perseverantie Ezechiel
ii° fili sta supra pedes tuos et loquar tecum Docet nos ambulare per via
spiritualis amicitie ad ephesios v° Ambulate in dilectione et hoc est quod dicit
apostolus omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum
ad corripiendum ad erudiendum 2° ad Thimotheum iii° Utilis itaque est
ad erudiendum est enim in ea doctrina contra cecitatem ignorantie, patientia
contra angustias malitie, consolatio contra incolatum huius miserie, spes
contra dilationem patrie, que quatuor tangit apostolus Romanos xv quecumque
scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt quoad primum ut per patientiam
quoad secundum, et consolationem scripturarum quoad tertium, spem habeamus quoad quartum.
hec est ortus virginis, fons signatus, puteus aque vive, ortus virgi
nis propter eius delectabilitatem, fons signatus propter eius difficultatem, puteus
aque vive propter eius suavitatem De primo Ezechiel xxxvi terra illa in
culta facta est velut ortus voluptatis, de secundo proverbiorum xxv gloria
dei est celare verbum, de tertio Canticorum iiii° puteus aquarum viventium que
fluunt impetu de libano Utile quippe est verbum sacre scripture quia
certum fidele stabile verum, quia certum ideo dicitur psalmo xxxii rectum
est verbum domini, quia fidele ideo dicitur apocalipsis xxii hec fidelissima sunt
verba, quia stabile ideo dicitur luce xxi Celum et terra transibunt verba
autem mea non transibunt Et ysaie xl° verbum domini stabit in eternum, quia
verum ideo dicitur psalmo cxviii ne auferas de ore meo verbum veritatis
usquequaque, 3° Regum x° verus est sermo quem audivi in terra mea
Est etiam utilis quia ab infirmitatibus sanat a doloribus liberat ab ini
micis custodit de primo Sapientie ix° per sapientiam sanati sunt quicumque
placuerunt tibi domine qui ipsa est languentis anime medicamentum
De secundo Sapientie x° Sapientia eos qui se observant a doloribus liberabit
de tertio ibidem custodivit eum ab inimicis et a seductoribus tutavit illum hec
est per quam venitur ad cognitionem dei ut dicit Augustinus viii° libro de
trinitate vel xii° scriptura et creatura proponitur homini, ut per hec in intuendam
eius cognitionem surgat qui ista creavit et illa inspiravit. hec est
que rigat montes id est apostolos et predicatores qui montibus comparantur ut dicit
glosa super illud psalmi preparans montes in virtute tua, et hoc de superioribus
id est de archanis ut exponit Innocentius quia eius cognitio non est
attingibilis in lumine intellectus creati propter quod monti comparatur Non enim
operatur in valle sensualitatis cum non sit descibilibus infra rationem que sen
su percipimus Nec operatur in monte rationis cum non sit de scibilibus
iuxta rationem que ductu rationis credimus, sed fundata eius in monti-
bus sanctis est enim de scibilibus supra rationem que divina revelatione aut
scripturarum auctoritate credimus que sunt profundissima misteria de quibus
agitur in scripturis, per eius irrigationem ascendunt montes et descendunt
campi ascendunt montes id est prelati liberam voluntatem, et descendunt cam
pi id est subditi voluntaria subiectione ut exponit Innocentius et hoc in locum
quem fundasti eis, facit enim secundum dona ipsis collata divinitus cognito
in celum alios dedit apostolos, alios prophetas, alios doctores qui sunt
montes irrigati per habitum sciencie Quinque prelati et

Pastores per hanc scientiam irrigari dicuntur. Mons oliveti propter pietatem quia
oliva pietatem signat (dicunt. Mons libani propter castitatem quia libanus
interpretatur candor (Mons carmeli propter caritatem quia carmelus interpretatur
pinguedo (mons syon propter intelligentie claritatem quia syon interpretatur
specula. Mons tabor propter exemplorum luciditatem quia tabor interpretatur
adveniens lux. Mons gelboe propter ad bonum velocitatem (quia gelboe
interpretatur decursus. hii sunt montes a quibus tamquam rivis effluit hec
sciencia in alveum subditorum. Et ideo eam monti comparavi ab effectu
hune efficit quia rigat montes hos scilicet qui supra molem excelsum iubentur
ascendere quibus precensior salutis triumphationis inducit eorum naviculam
petri procellosis fluctibus seculi turbulenti sub remige agitatam qui adversus
tempestuosos impetus in fervore fidei (qualentes vela venti adversantis
non relinquunt sed in eorum solida caritate eum violencior insurgit inguruit
temptacionis impulsus cuius navis anchora inconvulsa stabilis ac firma
consistat. Et non tantum hos ipsos montes rigat hec sciencia sed et eos qui in valle
subiectionis positi sunt (in quibus rigat montes carnalitatis ut absorbeant
psalmo [illegible] 96 montes sicut cera fluxerunt (Rigat etiam montes
tumoris et cupiditatis ut resipiscant psalmo 103 sicut ignis qui com-
burit silvam et sicut flamma comburens montes ita persequeris eos (Rigat
montes adversitatis ut parentes exsistant (Ieremie 4 vide montes et ecce
movebuntur et omnes colles conturbati sunt (Rigat montes obscuritatis ut
que agenda sunt videant (Ieremie 50 pastores eorum seduxerunt eos et fe-
cerunt vagari in montibus. hec est de cuius fructu satiatur terra id est homo de
terra factus quia sciam esurientem satiavit bonis (Ideo de ea inducta dicebam
a principio in verbis thematis (Rigans montes de superioribus suis de fructu
operum tuorum satiabitur terra que fuerunt verba eorum recitatis (Benedictus propheta

In quibus verbis sic brevissime introductis pro recommendacione sacre scripture
duo principaliter tanguntur primo tangitur ipsius inperscrutabilis veritatis
sacre scripture excelsa sublimitas cum dicitur rigans montes de superioribus
suis. In montibus enim notatur altitudo et sublimitas (iuxta illud alti-
tudines ipsius montium ipse conspicit psalmo 94 (Secundo notatur sacre scripture
saporis delicatissimi immensa suavitas (cum dicitur de fructu operum tuorum sa-
tiabitur terra iuxta illud fructus eius dulcis gutturi meo (Canticorum 2. Dixi
primo quod in verbis istis tangitur inscrutabilis veritatis sacre scripture excelsa
sublimitas (de qua sublimitate et altitudine dicebat apostolus O altitudo divi-
tiarum sapientie et scientie dei (Romanorum 11. Et ecclesiastici 1o prior omnium
creata est sapientia et intellectus prudentie ab evo (et fons sapientie verbum dei
in excelsis (de eius altitudine et sublimitate dicit Augustinus libro 1o de civitate dei
quod ipsa sua altitudine irridet superbos (profunditate terret attentos (veritate
pascit magnos affabilitate nutrit parvulos (et si quid bonitatis si quid ho-
nestatis si quid iusticie si quid sanctitatis si qua virtus vel laus si qua
disciplina hec omnia reperiuntur in ea. Et quecumque in ceteris doctrinis liberalibus
aliis philosophicis expressissime recitantur tantum ipsa sufficientissime complectitur
prout tangit doctor subtilis super celestem (ierarchiam capitulo 2o sic inquiens
Sicut multe aque ex diversis fontibus in unius fluvii alveum confluunt
atque decurrunt (ita naturales et liberales et universaliter omnes alie sciencie
et discipline in una eademque contemplacionis significatione adunantur
quam summus fons sapientie qui est deus undique per diversas theo-

speculaciones insinuat nulla enim sacra scriptura est que regulis careat
~~regularum~~ [liberalium] disciplinarum hec ille Hec est sufficiens via ad salutem quia
omnem scientiam atque doctrinam sine aliqua comparacione transscendit
Propterea secundum beatum Jeronimum in epistola ad Fabiolam nichil nobis prodest
omnium rerum erudicio nisi dei scientia coronemur Et in epistola de vidua et
juramento dicit Sine divine legis et discipline celestis scientia difficile quempiam
posse salvari non meus sed divinus sermo probabit Ait Ysaias qui
non didicerit misteria dei veritatem non faciet Et de hoc ipso in libro
Sapientie et quis erit consummatus inter filios hominum si abfuerit ab illo sapientia
dei in nichilum computabitur Vani enim sunt omnes homines in quibus non
subest ~~quedam~~ subest scientia legis dei Unde et deus in evangelio ~~ait~~
ad eos qui aliter quam se veritas habebat sapiebant Judeis erratis
Summa || nescientes scripturas ostendens in summa rerum salutarium in nebula con-
stitutos || eos qui spiritualem lucernam id est divine legis scientiam habere noluerunt attentam
hec Jeronimus In aliis itaque studiis salutem aut vitam nullus arbitrabitur
consistere sed in hac de qua salvatur Dicebat scrutamini scripturas in quibus
vitam eternam putatis habere Johannis 5° que non intendit eloquencie sed inte-
gritati [veritatis] ~~vestium~~ Non enim confertur tinctis indie coloribus Job 28° super
quo dicit beatus Gregorius libro 18° moralium Fuere multi gentilium huius
mundi sapientum disciplinis dediti et ea que sunt inter homines honesta
sunt [servarent] et salvandos servata honestate se crederent per eam media
tore dei et hominum quererent tamquam quasi sufficientem sibi ad salutem propriorum
doctrinam tenerent In quorum despectum mox subditur in libro Job non
confertur tinctis indie coloribus quid enim per Indiam que nigrum populum
mittit nisi hic mundus accipitur in quo vita hominum per culpam obscuritatis
generatur tincti autem indie colores sunt huius mundi sapientes qui quamvis
per infidelitatem et peccatum per amorem fedi sunt Ante humanos oculos
superducte honestatis colore fucantur Sed doctrina dei sapientia
tinctis indie coloribus non confertur quia quisquis hanc veritatem intel-
ligit ab hiis omnibus quos mundi sapientes colunt quam longe distat
agnoscit quia eius mandatorum verba ab huius mundi sapientibus
different quedam intendunt eloquentie cura dicta quasi pulcra appa-
rent specie et fucatione tincture Et nullarum rerum virtute careant aliud
de se quam sunt verborum composicionibus quasi superductis coloribus men-
ciuntur At contra doctrina sapientie et predicatione pulcra et pura
veritate conspicua Nec aliud per fallaciam pretendit exterius et aliud
resecat interius neque in dictis suis pulcra videri appetit intore ser-
monis sed integritate veritatis In mandatis igitur suis dei sapientia
non confertur tinctis indie coloribus quia dum fucata eloquencie orna-
menta non habet quasi vestis sine tinctura placet quam fucatam
Bene || tincture sanctus Paulus despexerat cum dicebat que enim loquimur
non in doctis humane sapientie verbis sed in doctrina spiritus Malebat
quippe hanc sapienciam sola puritate veritatis ostendere nec eam eloquii
aliquam fictam pulcritudinem extollere hec ille Quo fit si ipsi simplicitate littere credis
aliquid statum ystam extolle hec est in spiritu secundum peccare dicit
Symon de Cassia libro 12° c° 20° Si enim liberum intellectum ad que-
rendas subtilitates alias dimittis credens occulta intelligentiam
littere littere subiacere spiritui contumeliam facis si tibi met plus quam sanctis
doctoribus confidis si credis in investigacione doctrine in subtilitate
ingenii in varia peritia disputandi maiorem potentiam habere quam
est illa que datur virtute oracionis dono revelacionis vel infusionis
utique divino spiritui resistis in que prevent ... isti qui modum

Apostolorum et doctorum corrigere nituntur. Et si pulcrior esset modus loquendi
sophisticus dyalecticus [illegible] topicus aut rethoricus quam ille quem docuit
pater filius et spiritus sanctus hic ille. Sane de altitudine sacre scripture scribit
beatus Gregorius super prologo et in secreto habet unde mentes. Job quod ipsa habet
in publico unde parvulos nutriat et in secreto habet unde mentes sublimium
admiratione suspendat. Alta enim est profunditas eius quis inveniet eam
Ecclesiastes vii. Ipsa est mare magnum et spaciosum et abissus multa
divino incognita et mari profundior via eius Job xi et quis est qui sciat viam
eius et excogitet semitas eius Baruch iii. Propter quod beatus Augustinus in epistola
sua ad volusianum ita dicit tanta est profunditas christianarum literarum ut si in eis
quottidie proficerem si eas solas a pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo
ocio summo studio meliori conarer addiscere ingenio non tamen ad finem latitudinis
earum pervenire valerem. Et in libro de vera innocentia dicit bone sunt
in scripturis sacris misteriorum profunditates que ob hoc teguntur ne vilescant
ob hoc queruntur ut exerceant ob hoc aperiuntur ut pascant. Difficultas enim est
in hac sciencia et difficultas propter sublimitatem speculationum. Ut dicit Augustinus
in libro de civitate dei capitulo xxi porro ipsa sacra scriptura immensa est nec
est investigatio sapientie eius. Ysaie xl. Quia comprehendi non potest nullus
enim est qui cognovisset sensum domini quem ecclesia in scripturis sanctis traditum
est quia sigillata est sigillis septem Apokalipsis v. Que tante difficultatis
sunt ut dicit Hilarius 2a de trinitate quod et sensum sunt et intel-
ligentia sit quod rei natura sermonis significantia consumit. Unde si cum ali-
quando dictum est legat librum hunc est sacre scripture. Respondit non
possum signatus est enim. Ysaie xxix. Nam et si res ipsius sciencie sub certe
prophetis aliquid revelate sunt tamen sub nube futura quoque predicebant et rei
historiam videbant sed ut dicit lyra modus tempus et misterium hec erant
absondita ab oculis eorum. Omnia enim illis contingebant in figura. Omnia
erant verba libri signati sic quod videntes non videbant et audientes non intel-
ligebant nec est inventus qui librum huius sciencie aperire potuisset cuiusque
signacula solvere nisi agnus qui occisus est Apokalipsis v. Propter quod mortis
huius tempore velum templi scissum est a summo usque deorsum. Mathei xxvii.
Alta igitur est quia in ea est subtilitas ad investigandum difficultas ad do-
cendum et tarditas ad intelligendum sed non ex ea ratione que in aliis scripturis
de aliis scienciis incitatur. Varro cur esset in eis difficultas ad credendum
acquirendum. Respondit quia facilitas intelligentie negligentiam parit et facit hoc
vel animi curiositas qui quottidie aliquid elegantius subtilius quam excogitat.
In hac autem sciencia que secundum beatum Augustinum super de trinitate dei capitulo primo
exigit divino magisterio ut intelligendo ipso studio cognitionis propter humane
mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat. Difficultas accidit
ex profunditate misteriorum in rebus divinis que rationis acumine excedunt
de quibus est enim hec sciencia que est sermo divinus per essentiam efficax
per potentiam et penetrabilis per intelligentiam que secundum beatum Jeronimum
in epistola ad Theophilum papam non in legendo sed in intelligendo consistit.
Aliquin si literam sequimur possumus nos quoque novum dogmata
componere ut asseramus in ecclesia non recipiendos qui calciati sunt vel
duas tunicas habent. Et propter hanc difficultatem non habetur eius intelligentia
nisi eo aperiente sensum qui habet clavem David. Ut dicit beatus Jeronimus
in epistola ad Paulinum de divine historie expositoribus sic inquiens
insulsa parabilis quod in scripturis sanctis absque gradiaris totum quod legimus
in divinis libris nitet quidem et fulget in cortice sed dulcius est in me-
dulla. Revela inquit David oculos meos et considerabo mirabilia
de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantie confitetur qua nos
putas parvulos et pene lactentes in ignorantie nocte versari.
Hoc autem velamen non solum in facie Moysi sed in evangeliis et

aubat 11 aplicte scripturis positum est / tunc bis salvator in parabola loquebatur et con=
testans misterium esse quod dicebatur // qui habet aures audiendi audiat
nisi apta fuerint omnia que scripta sunt ab eo qui habet clavem
david / qui aperit et nemo claudit / claudit et nemo aperit / nullo
alio reserante panduntur hec beatus Jeronimus / Propter ergo eius altitu=
dinem hec scientia monti comparatur Est enim sacra scriptura mons divine
contemplationis mons refectionis Mons doctrine et eruditionis de primo
dicitur Num. xxvii ascende in montem istum et contemplare inde terram
quam daturus est filiis israel / In hac enim scientia tamquam in monte thabor
sacra scriptura sunt ~~de qua sunt~~ contemplabuntur de qua figuraliter Gen.
xvii° Terram hanc dabo semini tuo / De 2° ps. cxlvi producit
in montibus fenum et herbam servituti hominum De 3° Ysaie xl super
montem excelsum ascende tu qui evangelizas syon Est igitur hec scientia mons
divine contemplationis ut mores componat Sapientiam enim et prudentiam
docet Sap. viii° Mons refectionis ut pascat quia de fructu operum
eius saciabitur terra Mons doctrine et eruditionis ut doceat quia
docebit nos vias suas ps. Ysaie ii° Sic ergo rigat montes mores Judic 11
instruendo reficiendo et docendo ideo dicta dicebam in verbis thematis
rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum satia=
bitur terra Et tantum de primo

Dixi secundo quod in verbis premissis tangitur delicatissimi saporis
sacre scripture immensa suavitas cum dicitur de fructu operum
tuorum saciabitur terra Est enim sacra scriptura sicut campus plenus frugi=
bus sicut arbor plena floribus sicut ortus repletus fructibus et sicut
pratum repletum graminibus / quia in ea inveniuntur flores bonorum exemplorum /
fruges bonorum documentorum / herbe salubrium preceptorum et fructus uti=
lium premiorum / que omnia ad suavitatem spectare videntur / De qua sua=
vitate dicit beatus Jeronimus in epistola ad paulam de interpretatione ebrai=
corum nominum quid dulcius melle quam dei scire prudentiam et in abdita
eius intrare et sensum creatoris inspicere et sermones domini dei tui qui
ab huius mundi sapientibus deridentur plenos docere sapientia spirituali
quibus nullus humano cibus suavior esse potest ut dicit Lactancius
Et profecto sapor sacre scripture suavis comparatur enim favo mellis
dicente psalmista quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel
ori meo / quorum dulcedo tanto amplius fragrat et diffunditur
more aromatum quanto scripture quasi discocta suffinitis subtilius
frangitur et considerationis dissolvitur ut dicit beatus Gregorius super
Ezechielem omelia viii° Verba dei quasi pigmenta quedam sunt que
quanto plus teruntur tanto amplius eorum virtutes augmentantur / ita divina
eloquia quo magis exposita tractamus eo audientes amplius
quasi bibentes sitimus Nimirum cum sit sapida in dulcore quia
sapientia disponens omnia suaviter Sap. viii° figuratur enim in
manna quod sapiebat secundum voluntatem comedentis Exodi xvi Unde
beatus Gregorius li. xxxv moral. c. xv Manna est verbum dei et
quod quod bona voluntas suscipientis appetit hoc profecto in ore come=
dentis sapit Manna quippe omne delectamentum atque omnis saporis
in se suavitatem habebat / quia videlicet in ore sumentium iuxta
voluntatem edentium saporem dedit / quia divinus sermo et omnibus
congruens et a singulis non discrepans qualitati audientium

condescendit / quem dum electus quisque vult iuxta modum suum intelligit
quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit. Ipsa enim cibus
et potus anime est ut dicit idem super prologo Job. Scriptura sacra ali-
quando cibus nobis est aliquando potus. Cibus est in locis obscurioribus
quia quasi exponendo frangitur et mandendo glutitur. Potus est
in locis aperioribus quia ita sorbetur sicut invenitur. Cibum videt propheta
scripturam sacram qui ut frangendo exponeretur dicebat parvuli petierunt
panem et non erat qui frangeret eum id est infirmi quique scripture sacre
valentiores sensus petierunt exponendo communiri / sed qui exponere debet
inveniri non potest. Potum videt propheta scripturam sacram dicebat omnes
sitientes venite ad aquas / si potus aperta mandata non essent per semetipsam
veritas non clamaret si quis sitit veniat ad me et bibat / quem cibum
et potum videt propheta dicens nobiles eius interierunt fame
et multitudo eius siti aruit / paucorum quippe est scientia et occulta cognoscere
multorum vero historiam apertam sentire. Et idcirco inde nobiles non
siti sed fame interisse asserit / quia hii qui precesse videbantur / dum totos
se speciali intelligentie dederant / quod de interioribus sumendo mandarent
non habebant / quia vero sublimioribus ab intellectu cadentibus parvulorum
intelligentia et in expositionibus exsiccatur recte illic adiungitur multitudo
eius siti aruit. Et de hoc cibo dicit ibidem idem quod veritatis dicta nisi refi-
ciende mentis alimenta credenda sunt que modis alternantibus multiplicata diffe-
rendo ferculum ori offerimus ut invitati lectoris quasi convive nostri fastidium
repellamus qui dum sibi multa oblata considerat quod elegantius esse decernit
assumit / De hiis etiam deliciis scribit beatus Jeronimus in epistola ad Rusticum mo-
nachum de hiis mundi illecebris fugiendis. Ames in patria tua celo ha-
bitare cellam pro paradiso / varia scripturarum poma decerpe / hiis utere deliciis
harum fruere complexu. De dulcedine verbi sacre scripture scribit beatus Ambrosius
in quadam epistola verbum dei quod disposuit deus et ordinavit quo pascitur
anima prudentium et delectatur / est candidum et vitatis sue splendore illuminans
et voluntatem suaviter animos audientium demulcens. Et super psalmum centesimum xviii
versu tercio dicit Eructat verbum qui potest dicere bonus odor Christi sumus
et bene eructat qui plena et suavia precepta domini gustavit. De quorum
preceptorum suavitate scribit Hugo de archa Noe ita dicens Scriptura liber
est vite cuius origo eterna cuius incorruptibilis essentia cuius cognicio vita
scriptura indelibilis aspectus desiderabilis doctrina facilis / scientia dulcis
profunditas inscrutabilis cuius verba innumerabilia verbum tamen sunt omnia
Et iuxta beatum Augustinum hii sacre scripture libri / tales sunt aliquibus ut scientia
dulcescat aperti aliquibus ne sapiat complicati / quinque libri sunt
opera scriptorum dei spiritu sancto in sanctis operante conscripti. Nichil
enim in hac vita dulcius sentitur vel avidius sumitur / nichil ita mentem
ab amore mundi separat / nichil animum contra temptationes roborat nichil
ita hominem excitat et adiuvat ad omne bonum et ad omnem laborem
sicut studium sacre scripture sic ait Hugo primo de archa sua libro. Et ideo
felicem dicit propheta est / non deliciis non divitiarum affluentia non divitiarum
rerum successu / honoris et glorie splendore / quadam venusta immenso-
rum familiarum turba aut incolumi rotunda fortuna florentem / sed
eum qui in hiis scripture floridissimus intus exornat. Hec scientia secundum
beatum Ambrosium in tractatu de obitu Valentiniani est sermo multorum
sensuum et de divinis scripturis habundans / sermo angelorum apostolorum
et prophetarum / quo vino valet cecitas scientia celica excitatur / et malorum fructus

est granatorum propter quod de ea dicebam quod de fructu eius satiabitur terra
seu homo de terra factus suavitas eius facit ad satiationem quia satiatum
delectat Et propter eius suavitatem monti comparatur hec scientia In mon
tibus enim suavis est pastura iuxta illud pascam eas in montibus
excelsis Ysaie xxxiiii quia et si mons est ungat tamen montes
eos scilicet qui presunt aliis Et quod sacra scriptura sit mons de hoc scribit
beatus Gregorius [illegible] moralium montes alte sunt scripture
dicuntur iuxta dictum prophete montes excelsi cervis quia illi qui
iam dare contemplationis saltus noverunt altos divinarum scripturarum
[illegible] quasi cacumina montium ascendunt Ad que profecto cacumina
quia infirmi pervenire non valent recte subditur petra refugium erinaciis
quia qui invalides non sublimi intelligentia exeret sed sola in ipso
fides humiliter continet hec beatus Gregorius Monti quippe comparatur hec scientia
que perducit ad montem tutum qui non expugnatur ad montem clarum qui non
obfuscatur ad montem mundum qui non inquinatur ad montem quietum qui
non inquietatur De primo Genesis xix in monte salvum te fac De secundo
[illegible] Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt
montes [illegible] De tercio psalmo lxxxvi fundamenta eius in montibus
sanctis De quarto psalmo lxxi suscipiant montes pacem populo — l. mundus
hec dicta est ne dum mons sed et arbor delicatissima de cuius fructu
satiatur homo de terra factus proverbiorum xii qui operatur terram satiabitur
panibus glossa terram id est animam exercet virtutibus satiabitur panibus
virtutum et tandem premiorum quod erit in illa celesti et summa beatitudine
iuxta illud satiabor cum apparuerit gloria tua ubi non per enigmata non
per ratiocinationes aut discursus sed facie ad faciem contemplabimur sine
fine amabimus et laudabimus et in ipsa contemplatione essentie divine
condelectabimur sine fine quod nobis prestare dignetur deus eternus
per secula benedictus Amen

Quintum ad ultimum venio ad gratiarum actiones urbane eloquentie
vetustate contentum est proverbium ex cuius lingua dulcior melle fluebat
oratio nullum afferre [illegible] magis necessarium est Tullii si ea que uten
da acceperis maiore mensura si modo possis reddere iubet Hesiodus quid na
beneficio provocati facere debemus an imitari agros fertiles qui multo plus
afferunt quam acceperunt etenim si in eos quos speramus nobis pro
futuros non dubitamus officia conferre quales in eos esse debemus
qui iam profuerunt verba sunt Tullii primo de officiis Et ideo restat
michi agere gratiarum actiones pro omnibus beneficiis acceptis a datore omnium
fonte summe bonitatis et michi donatis gratuito capta oratione ex verbo
legislatoris eterni qui dixit ad Moysen Inspice et fac secundum exemplar
quod tibi in monte monstratum est Exodi xxv In monte quippe su
perne civitatis per beatos spiritus agitur deo sedenti in trono eterni
eterna gratiarum actio sine fine Ysaie li gaudium et leticia invenietur in ea
et gratiarum actio et vox laudis Ad quod exemplar supernorum spirituum
aspiciens dignum esse censui agere gratias deo pro gratia data quia tho
delectat uti ad meritum ostendere ad exemplum confirmare ad premium et multi
plicare ad proficiendum cum gratias agere ut dicit glossa super illo [illegible] primo

primum quidem gratias ago est sentire omnia bona ab eo data esse et pro
eo laudare cum corde ore et opere. Gratias quippe debemus agere deo
ut dignum est sicut ad Thessa. p° sed eas nunquam plures possumus ut dignum
est ut dicit glo. ibidem. Non eas igitur graciarum actiones quas reddi dignum
esset ad quas solvendas eruditionis lingwe locupletioris ingenii ac redo
lentis eloquii homini expositor oratio, sed eas quas pro viribus meis
mihi possibile est. In primarum primo et ante omnia cum omni humilitate et
mentis devotione quibus valeo ago et refero ipsi deo patri omnipotenti
et eterno, filio eius unigenito ex eo ante secula nato et spiritui sancto ab
utroque procedenti uni deo in essencia trino in personis qui me fecit esse
vivere intelligere et renasci qui me usque in hoc tempus sub alis sue protec
tionis pavit vires et intellectum tribuit et adiuvit per graciam suam ut in
eum statum eo operante productus essem a quo omnia que habeo me habere
recognosco quem laudo adoro extollo magnifico me quam in conspectu maie
statis eius servum inutilem recognosco orans et optans ex toto corde
ut me dignum efficiat, cui sit honor laus honor virtus et benediccio et gracia
rum accio per secula. Deinde gratias ago quas possum intemerate et beate beatis
sime virgini Marie genitrici dei regine celi dignissime cuius ope hec ipsa
beneficia michi advenisse fateor quam michi semper adesse persensi quando
quidem ad eius altitudinem recursum habebam quam honoro laudibus effero
glorifico et super omnem puram creaturam extollo. Deinde regracior toti celi
triumphanti et militanti presertim inclitis martiribus Adalberto Stani
slao Wenceslao et Floriano patronis regni huius ceterisque sanctis meis
quos specialiter invoco michi in presidium quorum intuitu et prece sepe
in agendis per me prout exploratum habeo sensi michi presidium affuisse.
Regracior etiam Reverendissimis prelatis domino Vincencio archiepiscopo et Sbigneo
episcopo Cracoviensi quos speciales benefactores meos recognosco. Regracior
insuper Serenissimo principi domino Wladislao Ungarie et Polonie Regi protec
tori et benefactori huius universitatis inclite. Regracior etiam venerabili domino Sta
nislao decretorum doctori scolastico Sandomiriensi rectori huius universitatis
commendatissimo. Expost regracior venerabilibus et eximiis viris dominis doctoribus
huius universitatis presertim in sacra theologia quorum doctrinis eruditus existo.
Specialissime tamen gracias amoris quas possum refero venerabili viro domino Be
nedicto Hesse de Cracovia magistro in sacra theologia decano ecclesie sancti Floriani
benefactori specialissimo qui me primum ad gradum baccalariatus et magisterii in
artibus liberalibus promovit et expost ad legendas sentencias nunc vero ad
magisterium in sacra theologia presentavit pro quo erga eum affectus in me semper
gratitudo manebit. Postremo refero grates omnibus aliis magistris presertim
sacre theologie baccalariis ceterisque dominis qui huic actui dignati sunt interesse. etc.

Thomas de Strampco

In Nomine domini nostri Jhesu Christi qui est via veritas et vita /
pro principio 1441 9 Januarii

In actu presenti quatuor sunt principaliter facienda. Primo ante omnia per me facienda est invocatio divini nominis pro gratia sancti spiritus impetranda. Secundo sacra sacre scripture dignissimis est efferenda laudibus per unam divus recommendationem iuxta mei ingenii facultatem. Tercio determinanda erit una hec questio et quarto referam graciarum actiones.

Quantum igitur ad primum de quo invocatio divini nominis precipua est in actibus huiusmodi et presertim ubi res grandes sunt de quibus agendum est et excedunt aciem rationis humane quemadmodum in presenti credimus esse. Michi igitur qui me ad id opus non mediocriter insufficientem esse cognosco propter ingenii ruditatem propter sensus ebetitudinem et depressionem intellectus quia hii patres qui me ad id impellebant videbantur admodum debebant qui dum meam nimie ... mores eas amores patris qui ratione metui volentis rem doctissimorum hominum ab imperito petebant propter eandem imperitiam et intellectum agrestem opus est ut recurram ad divinum presidium ad quod me humiliter converto et invoco ex corde deum meum patrem omnipotentem filium eius christum ante secula genitum et spiritum sanctum ab utroque procedentem unum deum in essentia trinum in personis qui ex nichilo creavit omnia qui est fons omnis bonitatis et sapientie a quo ... supplicans eum ut det michi gratiam suam intellectum memoriam vocem verbis ingenium et lumen celorum intus et extra ut hoc opus digne et fructuose perficiam in laudem ecclesie sancte in fructum et michi in vitam eternam quam donet michi ipse qui est per secula benedictus Amen hec quo ad primum

[Left margin:] ... loqui plenior e litteris et cum ... ingenii ... grandes ... et ... plenus omnis ... ferre ... et ad ... ponderis ... tremens ... humeris non haberet

[Right margin:] quibus ... nere

Quantum vero ad secundum pro recommendatione sacre scripture assumo verbum quod scribitur ps 110 et confirmatio regans bruentur de superioribus de fructu operum tuorum satiabitur terra /scribis

Quantum autem ad tertium questio determinanda est ista utrum cum divinitate ydearum existentium in cognoscibilitate cadentium sub speculatione scientie theologice / firmatur diversitas perfectionum / productorum ... in regno creato. Et ut intelligibilior sit sermo per regnum increatum intelligo deum per regnum vero creatum intelligo universitatem rerum dependentium ab eo. Ista questio tria presupponit et unum querit. Presupponit enim diversas ydeas esse in deo. Secundo an cadant sub speculatione scientie theologie. Tertio presupponit rebus dependentibus varias perfectiones inesse et quarto querit an iuxta diversitatem ydearum sumatur ... perfectionum multitudo. Circa quod pro primo suppositio sit ista de ... Nulle sunt ydee in deo igitur quod ista quo ad primum suppositum antecedens patet per b. dionisium in li. de di. no. c. 7. dicentem quod deus non cognoscit res secundum ydeas. Et patet ratione quia omnia per suam essentiam cognoscit igitur nulla indiget ydea ... antecedens patet quia omnia munda et apta sit ...

Ad hebre 2o hy aut archi non sunt nisi divina essentia / cum cognitio dei sit deus /
Ut etiam in lumine naturali concludit philosophus 12 methaphisice igitur etc quo ad primum
o7 suppositum etc. In oppositum huius est dictum beati Augustini li. 83 q. q. a.
dicentis ydee sunt quedam principales forme vel rationes rerum stabiles atque
immutabiles, que ipse formate non sunt ac per hoc eterne et semper eodem modo se habentes que divina
intelligentia continentur. Et cum ipse ydee neque oriantur neque intereant
secundum eas tamen formari dicitur omne quod oritur et interire potest. Et subdit
divina ratione sunt condita, nec eadem ratione homo qua equus. Hoc enim
absurdum est existimare singula igitur propriis creata sunt rationibus. Has
autem rationes ubi arbitrandum est nisi in ipsa mente creatoris. Igitur quo
ad hoc etc.

Sed pro secundo supposito arguitur quod quod sit falsum ydee non cadunt sub speculatione scientie
theorice patet quia ille ydee videntur esse forme speciales rerum igitur pertinet
ad considerationem philosophie naturalis et per consequens non ad theoricam. Quod autem non antecedens patet ex auctoritate
o7 beati Augustini primo allegata. Sed in oppositum arguitur ydee sunt de consideratione
alicuius scientie sed non alterius quam theorice cum non videtur quod aliqua
alia scientia consideret rationes rerum eternas et semper eodem modo se habentes
igitur quo ad hoc etc vera

Sed contra 3m suppositum arguitur Non sunt dare perfectiones in rebus dependentibus
igitur 3m suppositum falsum quod autem antecedens patet quia nulla res dependentium
videtur esse magis perfecta quam alia cum sua perfectio sit sua essentia que non suscipit
magis nec minus igitur nulla perfectio saltem specialis habet magis
vel minus respectu alterius quo omnes erunt pares quod fuit probandum. Sed
o7 in contrarium scilicet quod res dependentes sunt inequalis perfectionis docet textus
salvatoris luce 12 dicens discipulis nolite timere multis passeribus
pluris estis vos glossa i maiori perfectione coram deo estimati Et ezechielis
28 ubi dicit tu signaculum similitudinis dei et probatur ratione est philosophus 8o methaphisice dicens species
rerum habent se sicut numeri sed sicut impossibile est dare duos numeros equaliter
distantes ab unitate ita impossibile est dare duas species equaliter distantes
a primo ente igitur quo ad hoc etc vera

Sed tunc contra quesitum arguitur penes ea que ignota sunt non est sumenda
diversa perfectio rerum sed ydee ignote sunt igitur penes eas non sumitur perfectio
rerum quod autem non antecedens patet quia innata est nobis via ex notioribus nobis
aut ex ignotis primo phisicorum sed b.ca patet quia ydee ponuntur in deo et ideo
sunt nobis incognite tamquam ea que sunt manifestissima 2o methaphisice
igitur etc quo ad quesitum etc. Sed in contrarium est auctoritas beati Augustini
o7 primus allegata pro primo supposito scilicet quod ydee sunt principales quedam forme
vel rationes rerum stabiles Ex quo arguitur penes principales formas rerum
sumenda est diversitas suarum perfectionum sed ydee sunt principales forme
igitur penes eas sumenda est perfectio rerum. Quod antecedens non quia forma dat esse perfectum
et perfectionem ipsi rei b.ca patet ex auctoritate allegata igitur etc quo ad quesitum
etc.

Antequam procedam ad decisionem huius questionis premitto primo protestationem laudabiliter in actibus theologice quandoque fieri consuetam. Et sit ista. Protestor presentibus quod nec in hoc actu presenti nec in aliquo alio per me mancipa et in futurum fiendo intendo aliquid dicere vel asserere quod sit contra veritatem sacre scripture aut doctrinam catholice ecclesie vel contra approbatos ab ea doctores. Aut quod sit piarum aurium offensivum. Et si quid absit talium aliquando dixero ex lapsu lingue vel ex ignorantia aut oblivione que in me plurima esse video id revoco nunc sicut tunc et tunc sicut nunc. Et habeo pro non dicto. Et quotiens aliquid tale acciderit subiciens me nunc et expost in quibuscumque actibus per me fiendis correctioni in primis incolumi quorum interest errantes corrigere et ad viam deducere veritatis. Et hanc protestationem tamquam antidotum et remedium contra pestem heretice pravitatis semper pro repetita habere volo in sequentibus libris et in aliis similibus actibus meis quod propositum prologum proposuit hic volo. (marginal: [illegible] / 4)

Qua protestatione premissa venio ad propositum questionis decisionem que de se in gros in tres articulos primus erit bimembris scilicet de primo et secundo supposito secundus de 3o et tertius de quesito. Quantum ad primum articulum quo ad hoc in titulo questionis positis quod dicitur in titulo questionis utrum ex diversitate idearum

(margin: cf.) Noto quod ydea dicitur ab ydos grece quod est forma latine. Unde beatus Augustinus in libro quaestionum ydea est principalis forma. Et notatur hic quod est forma representativa exemplaris vel imitabilis ab alia re ab extra. Secundo noto quod modus loquendi ydealis sive de ydeis dicimus sumptus a platone sicut colligitur ex (margin: No) (margin: No)

(margin: cf.) dictis beati Dionysii li. suo de di. no. et ytem beati Augustini 2o et 8o de civitate dei. Tertio noto quod plato ydeis secundum mentem beati Dionysii has conditiones videtur (margin: No)

(margin: cf.) attribuisse. Prima quod sunt ypostatice et subsistentes sive per se stantes. Secunda nulli inherent. Secunda quia sunt separate quia sunt in mente dei ante res (margin: 2) et praecedentes post rem remanentes et quando res est non consistens ei. Tertia quod sunt differentie quia diversa representant et eadem diversa representatione adeoque indivisibilis sive diversificatus est. Quarta quia sunt causative dependentie (margin: 3) (margin: representative) (margin: 4) omnium rerum quia omnia dependentia reservantur ad eas tamquam ad suos terminos tale est quale ipsum sua ydea representat. Tunc enim est aliquid perfectum in suo esse cum est quale ipsum sua ydea representat. Quinta quod essent ut ideo non intelligatur in essendo vel predicando (margin: 5) esse debere. Quinta quod essent velut non intelligatur in essendo vel predicando sed causando quia singula a sua ydea producuntur. Unde ut dicit essentia (margin: 6) ydee deus est cum in causando universalissimus est. Sexta esse tota non realia / ex quo sunt in deo sunt tota. Nihil enim dei mysterium est secundum totum est et [illegible] tota vocantur quia ab eis est tota perfectio participata sive sit individualis sive participata specifica sive generalis. Ipse vero non sunt sicut in [illegible] a quo anima talia sunt. Septima esse intellectuales et intellectiva aliorum illuminantes et non intelligibiles et non illuminate (margin: 7) vel illuminabiles. Octava quod sunt subsistentes et supersistentes et omni modo immutabiles quasi in deo. Nona quia sunt principales quia quodlibet (margin: 8) ens dicitur potest habere esse formale quod est dependens et ultimate sive principale quod est illud a quo dependet. Decima quod omnibus rebus dependentibus dant mensuram quoniam sunt causa essentiales / mensura ingredientibus dant [illegible] quoniam sunt causa formales eadem / non quod plato voluit quod essent vere forme intrinseca sunt formales causa / non quod plato voluit quod essent vere forme intrinseca sed quod inquantum eadem representatione [illegible] dant formam et mensuram. Item quod dant mensuram quoniam sunt finales cause dant enim singulis

modum tendendi in finem, sic enim et per se eo modo res dependens naturaliter
in deum tendit secundum quod ydea secundum quam producta est plus individuatur. Undecima
quod sit vere condiciones sunt principalia effectiva ut b. Aug. li. 83 q. q. 46 ratione alia
conditus est homo et alia equus non quod velit quod alia sit in se sed in repu-
tatione in ordine ad obiectum quod cognoscitur et ad extra producitur et
ultima sive duodecima quod sunt rationes exemplares divina res producte
in ordine ad earum representationem producuntur. Hec et hiis similia secundum
b. Dionisium li. predicto sumpta sunt ex ymaginatione plurium et b.
Aug. 2o et 6 de civitate dei videntur se eisdem dictis patrum conformare
de quibus sufficiat pro stacionali motivo predicta. Quarto nota quod doctor
nota sanctus ex auctoritate Aug. dicit prima parte summe sue q. 15 a. 3a ad 2o
quod essentia divina universorum producibilium ad eos intuitum est imitabilis
tali determinato modo per effectum producendum, est ydea talis effectus et motivum
eius est divina ydea et exemplar, exemplar autem dicit imitabilitatem eorum
quod est prout amplius Henri. de Gandavo quodlibeto 9o q. 2a quod ydea
est essentia divina intuitum est cognito qua cognoscit creatura in quantum est
imitabilis ibi ea

nota Quinto nota quod ydee uno modo possunt dici forme cognoscendi ydeatum secundo
modo dici exemplaria ad que aspiciens artifex producit prout in rebus similibus
predicatur et secundo ydee dici prout voluntatis vel elaciones artificis similes
ipsi ydee ad extra producende. Primo qua cognoscit artifex domum quam vult
producere et hoc secundo modo potest dici ydea. Item similiter exemplar intelligunt
ad quod aspiciens ut ad exemplum domum ad extra producit vel producere
potest. Item ... domum similem ad extra domum conceptam in anima
producere laborat

nota Sexto nota quod in divinis omnia sunt unum in quibus non obviat relacionis oppo-
sitio prout hoc per venerabilem Anshelmum in li. suo de processu spiritus sancti c. 2o
hoc enim est de necessitate divine simplicitatis

nota Septimo nota contra quosdam ... tota quod plures esse ydeas in deo potest sumi
dupliciter. uno modo formaliter et intrinsece, alio modo obiectualiter et extrinsece, scilicet for-
maliter autem et intrinsece dicuntur plura que non sunt idem intra se formaliter quorum
unum est aliud vel alia res in essentia sua, sicut aliud est in intellectu humano
formaliter et intrinsece alia est ydea parietis et alia domus et alia vestis
extrinsece autem et obiectualiter plura dicuntur quod licet in se sint penitus
idem tamen sunt plura et penitus distincta obiecta ad extra

Conclusio 1 His sic stantibus sit hec Conclusio prima ad hunc primum articulum. Nulle
ydee sunt in deo distincte intrinsece et realiter sive formaliter. Hec conclusio
videtur esse cathegorica quia in deo non ponitur aliqua pluralitas nisi trium personarum
que sumitur ex diversitate relationis sive relationum et una formaliter que
est immutabilitate essencie et non ponitur aliam aut pluralitatem aliarum
ponendo ad intra. Ad hoc racionem naturalem dispono que deum omnino probat esse

simplicem, nec auctoritas fidei ad hoc cogit, nec aliqua racio convincat videtur
magis placere eius assensum, nec aliam pluralitatem ... in deo ponere tamen
divina in divinis sunt idem ubi non obviat relacionis oppositio ut dictum est
in penultimo notabili Et patet per aliam racionem, Deus omnia posse nulla posita
in eo distinctione intrinseca videtur nec omnia nosse, patet quia, quia non magis
nosse dicit relacionem vel entitatem additam quam posse Et ideo patet quia
nullus omnipotenciam deo abstulit ... tamen tamen ista sibi asserit
quandam simplicitatem Tercio, si ydee in deo sunt res distincte vel sunt
res distincte absolute et hoc nullus dicit, vel sunt res respective
distincte et sic oporteret in deo ponere tot res respectivas quot sunt creature
creabiles quod est absurdum

Contra ad hanc conclusionem In essencia divina penitus intrinsece magis
idem est omnes ydee producibilium, patet quia omnes ydee in essencia divina
sunt penitus et omnino divina essencia Unde ipsa essencia est ydea hominis
est ydea angelorum et omnis entitatis producte vel producibilis

Secunda Conclusio In deo sunt infinite ydee extrinsice et obiectualiter 9° 2
patet quia tot quot sunt res producibiles igitur infinite patet quia, quia tamen catho-
lice prius philosophus in lumine nature non convenit infinita esse producibilia ...
patet quia divina et simplicissima natura divina est omnium producibilium distinc-
tissimum representativum et omnium rerum distinctissimum exemplar ad quod appe-
tens omnium auctor et actor secundum gradum quem representat essencia essenci-
ens omnium entitatem producere potest hec est de mente beati Augustini ... palleta
divina rerum ... producere potest hec est de mente beati Augustini ...
et in eodem libro quod ... dicit quod habes relaciones in ydeas rerum ubi esse
arbitrandum nisi in mente creatoris Non enim extra se quicquam positum intuebatur
et secundum illud constitueret quod constituebat et in tomento ... dedi-
no. dicitur in mente divina ... abeterno ... raciones rerum creandarum
in quibus realiter omnia ... et ex quarum fulgoribus omnes cogitaciones
illustrantur Et epistola 65 dicit Seneca hec exempla rerum omnium deus intra
se habet numerosque universorum que agenda sunt et modos mente complexus
plenus his figuris quas plato ydeas vocat immortales et immutabiles
et infatigabiles sunt Sunt creature sunt mortales mutabiles et fatigabiles
hec dicit et his similia cum ad simplicitatem rerum in essencia referri ne
quiverit plura et multa dicuntur esse obiectualiter et extrinsice respectu
earum que ab essencia fieri possunt

Contra ad hanc conclusionem Pluralitas ydearum obiectualiter et extrinsice simplicitatem divine essencie
non repugnat patet contra conclusionem

Tercium secundum primum suppositum quod est unum ... 

Quantum vero ad secundam partem articuli ... quia dicitur in titulo
quod ... cadentium sub speculacione Noto quod speculacio quantum ad propositum
sufficit et prout alia dicitur scientia speculativa dicitur speciacio intellectus

ad nullam operationem respectu obiecti agibilis vel factibilis tamquam fine naturali ordinata
Est autem agibile obiectum circa quod est electio prudentie factibile circa quod est ope-
ratio artis Praxis vero extrinseca ad propositum sufficit est operatio ab homine
libere producta circa agibile actus que locum plenum habet in operibus voluntatis
vel est operatio electiva consequens dictamen recte rationis et intelligitur rationis
practice circa agibile et sic describit eam Eustratius circa primum Ethicorum
quod praxis est secundum electionem hominis operatio sicud operatio voluntatis electiva
post deliberationem previam vel imperata sequens electionem previam circa electum
agibile Et hec Que accipit praxis dicit illud et exprimit Unde practica
practica patet dici

Secundo non de eo quod dicitur in titulo primis scientie 24 de acceptionibus huius quod
est scientia nolo simpare tempus cum acceptiones eius sint satis tamen sic
sint dicte ad propositum quod pro nunc accipio scientiam pro notitia generata per talia
media equalia sicut propositum admittit [illegible] in aliis acceptionibus scilicet supra et
[illegible] theologia non esset scientia [illegible] hec possit [illegible] multis rationibus
[illegible] modo per quo dictum est potest dici [illegible] secundum quem modum idem
potest dici [illegible] et [illegible] in simili videmus quod eadem propositio est me-
thaphysicalis et theologicalis sicud patet de ista deus est que est tamen methaphi-
[illegible] et tamen est principium theologie ut patet ad [illegible]
ad deum accedit [illegible] est et [illegible] In principio creavit deus celum
et terram [illegible] quo infero quod habitus fidei et habitus scientie non distinguuntur
realiter patet quod aliquis primo de eadem potest habere fidem et postea scientiam
circa [illegible] dictum vel [illegible] primo scientiam postea fidem [illegible]
antequam attendit methaphysicam firmiter habet fidem quod unus deus est vel
[illegible] deus est et postquam intelligit processum probantem [illegible]
de lumine naturali [illegible] sicud quod est [illegible] dionysius
ante conversionem [illegible] deum esse et post conversionem [illegible] per
revelationem Et hec infero quod prima conclusio [illegible]
salva sua reverentia non videtur scire in veritate dicit enim contrarium in sua
conclusione prima scilicet quod habitus fidei et habitus scientie realiter distinguuntur
quod prima dicto [illegible] est contrarium [illegible] eius sua probatio probat
[illegible] habitus scientie est firma et [illegible] lumine naturali [illegible]
[illegible] habitus fidei est firma supra [illegible] salva sua
reverentia Et hec non infero [illegible] in casu posito quod primo
quis habeat fidem de aliqua propositione [illegible] habitum firmam [illegible]
[illegible] et si postea [illegible] in lumine naturali habebit firmam ex lumine
naturali [illegible] et ita credit et scit eandem propositionem vel oppositione assensu vel
alio et alio [illegible] quod in tali casu scilicet erit fides [illegible] alio et
alio sequitur quod respectu eiusdem [illegible] simul et semel habebit duos
assensus [illegible] differentes quod videtur inconveniens +

Conclusio prima Ad hanc partem articuli theologia nostra in parte est scientia
speculativa et in parte scientia practica hanc conclusionem multi doctores [illegible]
[illegible] et patet [illegible] parte de habitibus intellectualibus theologie [illegible]

\+ Et hec infero quod theologicam [illegible] compati [illegible]
[illegible] consequenter infero quod [illegible] non est [illegible]
[illegible] salva [illegible] quod [illegible] non compati [illegible] =
[illegible] in eadem [illegible] et de eodem subiecto quod [illegible] non rele-
vat probatio eius in qua reputat [illegible] quod [illegible] fidei compatitur [illegible] evidentia
hec enim non est [illegible] habitus fidei [illegible] evidentia [illegible]
[illegible] fidei et [illegible] in [illegible]
[illegible] non nobis [illegible] evidentia [illegible]

462a

[illegible]

[illegible]

Sed illud notum non potest non vel esse notum
quod non est per se sibi notum vel esse notum [illegible]
non ideo constat quod medium [illegible] quo [illegible]
medium quod constat sibi antecedens [illegible] notum
2o tamen sed [illegible] per se nota vel esse notum
processus non est [illegible] non [illegible] in
non est procedere in infinitum [illegible] devenire
medio quaeras [illegible] sibi assentire [illegible]
per se notum non [illegible] aliud medium [illegible]
[illegible] nullum obiectum inferioris ordinis [illegible]
notum est supremum obiectum in [illegible]
quod [illegible] nullum non [illegible] notum [illegible]
quod [illegible] tamquam assensum [illegible]
assentiat [illegible] aliud [illegible] notum [illegible]
[illegible] sunt [illegible]

et de propositionibus qui non dirigunt actionem sicut de ista deus est trinus et unus /
essentia divina ~~differt~~ distinguitur formaliter a persona patris quia est communicabilis pluribus
personis / et persona patris non / et sic de aliis multis Sed pro secunda parte patet quia
aliqua particularis nostra theologia est vere practica patet de theologia morali vel
de ea que est de preceptis moralibus respicientibus praxim illa enim dirigit
praxes seu actiones prudentie Similiter est theologia de preceptis secunde tabule Non
occides non mechaberis Et quia lex ipse accepta est practica Modo theologia est
lex igitur est practica Maior patet quia lex respicit bonum commune / est enim pro
communi civium utilitate conscripta / ~~Et probatur per rationem subtilis doctoris~~

Contra ad hanc conclusionem theologia est scientia speculativa et practica simul — Respondeo
patet ex probatione conclusionis Et probatur per rationem subtilis doctoris subtilis
quia nulla est cognitio speculativa distincte tractans de operationibus quarum
eorum cognitio sit necessaria ad speculationem illam / Sed practica aliqua distincte
tractat de speculabilibus quarum eorum requiritur cognitio propter praxim ad quam extenditur /
ista autem distincte tractat de operationibus quarum cognitio eorum requiritur ad
speculationem et distincte de ~~speculationibus~~ speculabilibus quarum eorum cognitio requiritur ad
cognitionem practicam igitur ipsa practica est et speculativa simul Ex quo speculativa non
considerantur in scientia practica nisi propter considerationem practicam nec operabilia — speculabilia
in scientia nisi propter considerationem speculativam / Minor patet quia hec tractat de
speculabilibus ita distincte sicut esset sicut per se de eis

Contra 2m / Contra magister reverendi mei contravenientes quod insurgat ex ista
conclusione sui articuli secunda parte sua non est bene positum Dicit enim quod theo
logia non est simul speculativa et practica simul patet quia directe contradicit pro
bationi conclusionis immediate dicte Et videtur magister contradicere sibi ipsi Dicit
in corollario 2o / theologia non est speculativa et practica simul Et in quarto corollario
dicit quod theologia est activa et contemplativa Modo ex hoc corollario eius sequitur
oppositum tertii dicti / Sequitur enim / est simul activa et ~~speculativa~~ contemplativa
ergo practica et speculativa Antecedens equivalenter ad equivalens nam activa et practica
equivalent sicut contemplativa et speculativa Item videtur sua probatio
~~non~~ valere qua probat theologiam esse contemplativam scilicet quia ostendit cognitionem
~~dentis~~ ad dilectionem dei Non enim ex hoc sequitur quod sit contemplativa patet
sed quia ~~contemplatio dei~~ dilectio dei super omnia est praxis caritativa ergo
praxis quantum a parte in modo ad totum sed ~~aliquis~~ alicuius patet quia quod aliud esset
praxis caritativa quam dilectio dei super omnia tunc sic est praxis ergo alia
theologia magis debet dici practica seu activa quam contemplativa patet antecedens
quia a praxi vel a fine non dicitur scientia speculativa sed magis practica Ordo
sed dilectio dei est electio / ergo est praxis Antecedens quia idem est appetibile et eligibile
ut habetur 6 metaphysice ergo etiam idem est electio et actio sive praxis sed antecedens
patet quia electio volitio igitur electio Antecedens quia omnis volitio est electio eorum quam
ultimum finis Nam primo ethicorum 3 dicitur quod eligibile propter se tamen scilicet ultimus finis
est melius quam eligibilia propter finem
probatur sic / nullum enim tenetur indubitanter credere aliquid quod non est sibi per se notum vel ex per se
notis sibi deductum sed quilibet catholicus tenetur indubitanter credere articulos fidei ergo illi
sunt sibi per se noti vel ex per se notis deducti / Consequentia non quia qui dubitat in fide infidelis
est et peccat / Ad primum si non tenetur eos indubitanter credere Antecedens per se patet sed nullus
tenetur firmiter adherere conclusioni quam sit credendo notitie propter quod adheret Conclusio patet hoc
per omnes non quod ex ... sed omnis qui assentit alicui conclusioni assentit ei per
notitiam quam habet de ipsa conclusione sed nulla notitia

[illegible]

Contra 3m Theologia est scientia affectiva patet contra ex probatione procedente contra
protendit enim cognitionem veritatis in vera sui parte ad dilectionem dei Dilectio
aut est quedam affectio [struck] Et hoc modo contra 3m ultime conclusionis predicti
magistri nostri concurrente non est bene positum cum directe contradicat huic
contra Dicit enim ipse mille contra quod theologia non est scientia affectiva Ergo
aut dico quod est scientia affectiva quod potest aptime inferri ex suo contra penultime
ultime conclusionis sue ubi dicit quod theologia est scientia caritatis sed cum theologia
est scientia caritatis Ergo est scientia affectiva quod fuit intentum contra

Conclusio secunda ad hanc partem articuli Theologia nostra principaliter perfectissimus est spe-
culativa hanc conclusionem probat sanctus Marsilius Theologia est scientia speculativa
quo ad finem eius ad quem se sua cognitio principalissime extendit Johannis
xvii Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti
ihesum christum Et per illud Augustinum Visio est tota merces finis enim theologie
est beatitudo patrie que consistit in speculatione scilicet in clara dei visione
et omnium eorum que in deo sunt vel eius essentia et eius dilectione Constat
aut quod visio non est practica sed nec est actus voluntatis sunt etiam dilectio
que illi est practica opporteret enim dicere quod beatitudo angelorum quo ad fructum
esset practica quod non est consuetum dicere Et etiam quo ad actum voluntatis
perfectissime est speculativa Ad quod probandum doctor subtilis premittit quod
duplex est actus voluntatis unus perficiens voluntatem alius qui perficitur a
voluntate Primus actus est respectu finis et est operatio facti quia intra se
voluntatis elicitus et qua finem ultimo se unit Secundus actus est respectu eorum que sunt
voluntatis et qua fini ultimo se unit [...] voluntas in aliud extra se extendit scilicet
ad finem Unde est actio bona qua voluntas in aliud non indiget voluntas directivo
est actio quelibet dicta in fine in primo actu non indiget voluntas directivo
sed sufficit sola oppositi ostensio In ipso enim est speculatio sive [...] ut opposi-
tum fine operationis ostendat perfecte et in ipso statim perfecta operatione tendat
In alio aut actu
talis aut actus ad scientiam speculativam simpliciter pertinet
voluntas indiget directivo et hoc spectat ad scientiam practicam quia in ipso
est speculatio ut actionem dirigat quod est proprium practice Actus aut qui perficit
a voluntate non est finis huius scientie nisi finis sub fine sed alius qui perficit
voluntatem et ex hoc habet illa scientia quod perfectissime sit speculativa quia actus
principaliter intentus in hac est scientia est actus voluntatis ea fine in quo non
indiget directivo sed tantum ostensione oppositi igitur non est practica scientia sed sim-
pliciter speculativa tamen in actu principali non indigeat directione Probatur
conclusione Augustinus in sermone de iacob et esau omnia inquit opera nostra
fiunt ut videatur oculus quo videatur deus

Contra ad hanc conclusionem considerando secundum quod consistunt in mente divina tandem
sub speculatione theologie patet ex conclusionis probatione ex quo enim
finis theologie consistit in speculatione et clara dei visione et omnium que in deo sunt
Idee aut sunt in deo quia sunt essentia divina ut patet contra considerando
pertinet ad speculationem theologie

Contra secundum positio magistri nostri [struck] concurrentis in primo [...]

[illegible]

Ultime conclusionis salua pace non est bene positum quia in eodem dicitur quod scientia theologica uel est scientia speculatiua uel scientia practica hec autem contradicit conclusionem mox sequentem que dicebat quod est perfectissime scientia speculatiua nec videtur valere sua probatio qua probat theologia non est ipsi cognoscere inde quod non est scientia speculatiua hec non sequitur stat quod sit ipsi cognoscere deum in patria et illud diligere et tamen propter hoc adhuc remanet speculatiua quia delectatio que ibi est non est praxis et tantum de primo articulo et dicendi

Quantum ad secundum articulum de secundo presupposito scilicet an rebus insint diuerse perfectiones seu rerum dependentes sive differant sua essentiali perfectione ipso isto noto primo quod nullius rei dependentis perfectio simpliciter quia secundum philosophum v° metaphysice de perfecto perfectionis simpliciter condiciones sunt ut sibi nulla perfectio desit ut primo et deus condicionem quod perfecto nequit fieri additio secundo quod nichil ipsius in perfectione excedat que condiciones in rebus dependentibus non inueniuntur prima non quod indigeat continua conseruari secunda non quia omnem dependentem perfectionem perfectio independens excedit

Corollarium secundum Causa divine incarnationis est lapsus primorum parentum hoc corollarium est beati Thome in scripto tercii. dis. prima ar. iii^o in ultimo principali dicentis hec sola causa assignatur incarnationis / redemptio scilicet hominis a servitute peccati / pro veritate etiam tenet ii est auctas Augusti supra allegata in probatione conclusionis ubi dictum est nulla fuit causa Christo veniendi nisi peccatores salvos facere igitur corollarium verum

Corollarium tertium Conclusio secunda art. tercii magistri mei reverendi salva pace non est bene posita in qua innuit / si homo in peccatum lapsus non fuisset adhuc filius dei incarnatus fuisset Repugnat enim conclusioni mee solide et eius contraria per scripturas sacras sufficienter probate / licet pale pandantur sive probationes quibus praesumptum suum fulciri videtur allegat enim quod dicit Bertrandus super illud Jone 2^o propter me orta est tempestas et quod diabolus videt rationem creaturam assumendam in unitate filii dei et invidit et hominem temptavit ut per peccatum humana natura demereretur assumptionem Sed ad hanc rationem dico / dato quod etiam diabolus previderet rationem creaturam a filio

dei assumenda non tamen oportet quod praeviderit accidentia ad ipsam. Sicut enim
ut idem dicit Bertrandus praevidit se futurum principem malorum quae per
casum suum consecutus est et tamen casum suum non praevidit ut dictum
est in 2o dis. ma. Nec valet sua probatio qua sic arguit dei perfecta
sunt opera, sed perfecta dei operatio non potest esse nisi ultimum principio coniungatur
cum ergo deus sit principium et homo sit ultima creatura, decuit ad perfectionem uni-
versi, etiam si homo non peccasset, quod deus homo fieret. Ad hanc vero dico
quod licet circulus perficiatur in coniunctione ultimi cum principio primo, non tamen
oportet quod in coniunctione quae est in unitate personae sed bene in conversione
quae est per ordinem ad finem. Similiter nec valet ratio illa qua arguit sic perfectissimus
gradus humilitatis est ut alicui se inferiori subiciat vel commisceat, sed hoc fit
in incarnatione ergo deum decuit ea facere. Et quod adducit glossam super illud
Matth. 3o Sic nos decet facere omnem iustitiam etc. Sed salva reverentia
haec ratio non concludit secundum b. Thom. Intendit enim aliquid pertinet ad per-
fectionem hominis quod omnino derogat perfectionem dei. Unde quamvis humilitas
sit perfecta virtus in homine, non tamen oportet ut in deo ponatur sicut ipse summa
humilitas, quod patet ex sermonibus superius quae ei opponuntur, quarum prima est cum
bonum quod quis habet sibi tribuit, hoc quidem in homine vitium est quia nihil
a se habet, sed in deo summae perfectionis est, quia nihil ab alio habet. Similiter
nec illa ratio sua valet qua sic arguit deus est infinitum invisibile, ideo decuit
eum facere effectum infinitum quae est coniunctio divinitatis in carne visibile, scilicet ideo conscripto
~~manifestato~~ quatenus per hoc infinitum incarnationis visibile infinita cognoscantur invisibilia
haec ratio non videtur valere quia in productione cuiuslibet creaturae manifestatur potentia
infinita et sapientia et bonitas dei, quia quaelibet creatura ducit in cognitionem
alicuius primi et summi, quod infinitum est in omni perfectione. Nec oportet quod potentia
infinita per effectum infinitum manifestaretur nec bonitas infinita per communicationem
infinitam. Sed sufficit ad ostendendam potentiam infinitam hoc quod utrumque secundum
suam capacitatem largitur. Similiter nec illa ratio sua valet. Natura humana
post peccatum fuit capax unionis divinae, non minus igitur fuit capax ante peccatum.
Dico quod licet deus illam naturae capacitatem quae pertinet ad eam seminalem rationem
dimiserit, non oportet quod omnem capacitatem pertinentem ad rationes obedientiales
impleat, sicut non oportet ut deus faciat quicquid potest, sed quod congruit ordini
sapientiae suae. Alias rationes eius dimitto ut defensam reverentiae suae. Non
probant igitur istae rationes sive id quod probare valebant. Sed ut post hanc
discordiam et contrariam devenire possit in una concordia, possitis hoc
asserentes intelligunt de adventu in carne passibilem, hanc enim ipsum non
necesse fuisset assumere si homo non peccasset. Sic quod tota vis differentiae fore
cessabit et tantum de articulo 2o.

Quantum vero ad tertium articulum videndum est de principaliter quaesito scilicet utrum Ar 3 39
filius dei sua incarnatione post lapsum plus perfecit regimen creaturarum quam
si sine crimine stetisset immaculatum vel de duobus videndum est primo
specialiter an magis perfecit specialiter genus humanum. Secundo an magis perfecerit
universum. Praemisso igitur isto quod nihil volo temere asserere sed probabi-
liter et sub emendatione dicere quae dicturus sum

Nota quo ad primam partem secundum Marsilium Christum verbum incarnatum hominem perfecisse magis quam si non fuisset peccatum Potest intelligi vel de omnibus hominibus vel de omnibus salvandis vel simpliciter de singulis et hoc vel essentialiter vel accidentaliter

Secundo premitto quod si non fuisset peccatum multi mali homines fuissent nati prout hoc patet Augustinus in libro [illegible] quid et quid deus homo [illegible] dicens tales quippe factus fuerat homo ut si iniquum procrearet filios gehenne nunquam generare vacet sed de eo in innocentia permanente tot solum innocentes procreari quot ad angelorum choros nunc ascensuri sunt post finem seculorum Ex quo infero quod totam multitudinem hominum dampnandorum filius dei factus est homo non plus perfecit quam si non fuisset peccatum comparatione propter dicta patet quia si non fuisset peccatum illa multitudo non fuisset quia nullus dampnandorum fuisset natus et ideo illam multitudinem non perfecisset ergo non plus eam nunc perficit quia non est comparatio propter eius [illegible] sequitur Secundo quod in ista incarnatione Christi homines singuli dampnandi habebunt esse penale licet non ex Christi nativitate quod non habuissent si non fuisset peccatum peccatum patet quia si non fuisset primum peccatum homines non fuissent nati ergo nulli ergo eciam non potuissent ut ad penam devenisset sed quod hoc sit incarnatio Christi patet quia omne incarnationem datum est propter Christi hominem Johannes quinto Secundo quod hoc non sit ex nativitate Christi quia nativitas Christi in carne vel eciam in eternitate [illegible] est causa dampnationis

Augustinus || sed peccatum [illegible] Osee [illegible] perdicio tua ex te Israel Certe autem non nisi salvi manet itaque questio quo ad primum de singulis salvandis et de toto genere hominum salvandorum utrum hoc genus hominum vel singulos homines Christus plus perfecerit filius dei factus homo quam si non fuisset peccatum

Tercio premitto sicut premisi in actu precedenti Communis non est mihi cognitu tamen propter auctoritates scripture et sanctorum magis fauto opinioni dicenti quod si peccatum non fuisset Christus in carne non venisset et per consequens [illegible] quod si peccatum fuisset assumpta tum quia ut dicit Bonaventura hec opinio magis consonat videtur pietati fidei catholice et magis inflamat suum affectum in deum magis enim excitat animam in deum quod videt deum suum incarnatum ad eius delenda scelera quam ad sua opera perficienda ut dicit alia opinio Magis perfectionem universi sicut videtur facere prima dicens deum eciam [illegible] incarnatum fuisse propter perfectionem universi Cum deus sit perfectissimus Immutabilitate et supra omnem ornatum et perfectionem universi licet ut dicit Bonaventura hec via forte tamen est subtilior via tamen qua illorum sit Verius ille novit qui propter nos in carne venit Ut dicit Bonaventura Et ideo quasi dicam in hoc actu probabiliter et sine assertione ponam nisi ubi veritas erit manifesta

Quarto noto Christum hominem salvandum vel totum genus salvandum melius reformatum quam si non peccasset homo esse superadditam potest intelligi vel quo ad ea bona que vel quo ad ea in quibus consistit actus vel quo ad ea in quibus consistit beatitudo sua vel quo ad multitudinem salvandorum

Hiis sic positis sit conclusio prima ad secundum articulum Sicut Christus veniens in carne nullum hominem quo ad intrinseca essentie humane perfectionem plus quam ante sublimavit ita quelibet hominem quo ad humanam statum

respectu sue speciei / et totum genus hominum supremo honore accidentali et maximo
dono salutis statum legem dampnata / sua incarnatione exaltavit Prima pars
conclusionis patet cum subiecto et sua essentialis perfectio non suscipiat magis nec
minus ex predictis Secunda enim quod omnes res non susceptibiles magis et minus
eiusdem speciei forme essentialis sunt semper equales perfectionis Alia oportet
in talis specie esse multa plura individua esse plus quam unum dictum / quod in istis
que non possunt intendi et remitti non videtur congruere Sed secunda pars conclusionis
patet quia singulos homines quo ad eorum genus / et ipsum genus hominum / ex=
altavit assumptione humanitatis in deum de quo dicit b(eatus) ambrosius quod maius
donum sub deo deus homini dare non potuit Et b(eatus) augustinus primo de trinitate
c(apitu)lo quinto in rebus per tempus ortis summa gratia est quod homo in unitate persone coniunctus
est deo ergo conclusio vera

Correlarium primum licet genus humanum nec / ab homine / per regnum increatum prius
in carne / et quo ad essentiale perfectionem plus perfectum / quam si non fuisset peccatum /
patet ex conclusione

Correlarium secundum singulos homines quo ad naturam creatam respectu sue speciei / et gratia
hominum perfecit dei filius factus homo / supremo dono accidentali quod potest dari
a deo de lege communi / patet totum ex secunda parte conclusionis

Conclusio secunda licet deus factus homo quemlibet salvandum hominem preter quod
ad ea in quibus consistit beatitudo accidentalis plus perfecit quam si non fuisset peccatum / tamen
dubium est michi an aliquem hominem plus perficit quo ad ea in quibus consistit
beatitudo essentialis / similiter dico de toto genere salvandorum Prima pars conclusionis patet
quia si non fuisset peccatum non fuisset deus factus homo ex secunda conclusione articuli 21
et sic salvandi non viderent hominem assumptum in deum / quod tamen maxime in quo
consistit gaudium accidentale beatorum scilicet videre humanitatem nam in deum assumptam Secundo
non viderent penas dampnatorum in gaudium accidentale per intuitum eorum Tertio
non essent aureole virginitatis martirii et doctoratus eo quod pugne in
statu innocentie non fuissent et sic carerent illo gaudio accidentali Quarta
pars patet quia consimiliter salvandi ad eadem loca superne curie carerent Quinto
chorus reciperent in quibus fuissent recepti in innocentie statu sine peccato et de eorum
illud math. xxv venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum
a constitutione mundi / et ex gratia similiter hic erit eorum gradus quo beatitudo
essentialis equaliter quia in qualitate gratie in via / erit gloria in patria

Correlarium primum corpus veniens in carne quemlibet salvandum et quodlibet
genus salvandorum plus perficit post peccatum quam si sine peccato stetisset in ma
accidentali plus habebit ex merito filii dei / quod erit beatitudo perfectior Ante prima
parte patet quia aliter non plene satisfecisset filius dei pro peccato salvandorum
p(ro) 8 ut // ex quo aliquis de beatitudine essentiali pro 2a parte patet ex prima parte conclusionis

Correlarium secundum Cum quo ad numerum hominum salvandorum perficit potest genus humanum
plus sua incarnatione quam si mansisset sine omni peccato corruptione patet
ex dicto primisso quia si non fuisset peccatum filius non esset homo et sic
de numero salvandorum minus uno homine fuisset quam post peccatum suppositum scilicet
veritate istius opinionis quod ad plenam instauratam gloriam articuli 21

Sed tunc quo ad secundam partem istius articuli dicitur scilicet totum regnum creatum
plus perfectum sit per verbum incarnatum / quam si homo stetisset sine peccato secundum p(ar)te 6 arti(culi) 37
pro quo sit hec prima suppositio Ex eo cum mundi et veritas sunt etc.

// Hinc d(icitu)r hic babe(n)t(ur) iustos ad videndum incarnatum / +

vie domini tanto regimen creatum perfectius est quanto illam viam magis exprimunt / quia tanto perfectius in eo relucent vie creatoris et tanto similius e converso

Secunda suppositio Christus perfectissimam caritatem et sciam quam deus disposuit se pro ducturum infudit anime christi / et multa alia / patet suppositio quia si non est datus spiritus ad mensuram sed fuit plenus gratia et veritate Joh. I°

Hiis stantibus sit secunda ista Conclusio respondens ad quesitum Verbum dei incarnatum plus perficit universum sive regimen creatum quam si sine peccato stetisset immaculatum patet conclusio Tanto regimen creatum est perfectius quanto vias domini exprimit lucidius / sed lucidius exprimit vias domini per christum incarnatum post petitum hominis / quam fecisset si non fuisset peccato inquinatum igitur conclusio vera consequentia nota / maior est prima suppositio / minor declaratur quia perfecta caritas et perfecta sciencia exprimunt dei misericordiam que est prima via ut dictum est in suppositione prima / quas solum deus disposuit infundere anime christi ut dicit secunda suppositio Modo / si homo mansisset sine peccato non fuisset filius incarnatus et sic talis consequenter talia sicut modo nec perfecta caritas atque sciencia fuissent anime christi infuse nec alicui alteri per suppositionem secundam / ergo non fuisset ita perfecte misericordia dei expressa pro aliquam partem universi / Ergo si non fuisset petitum hominis non reluceret iusticia dei in hominibus sed sola misericordia Et licet reluceret iusticia dei in demonibus non tamen eque expresse pateret / sicut patet in iustis et misericorditer reformatis hominibus malis quantum ad supplicia Et hec videtur esse intentio Augustini in enchiridion c° xi° dicentis quod illud quod malum dicitur / bene ordinatum / et suo loco positum / eminentius commendat bona / ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis

Eodem processu perficio regimen creati in pluribus eluxisset post petitum quam si non precessisset petitum / patet tamen ex probatione conclusionis
Eodem secunda Conclusio que ad quesitum est vera ad sensum ultime conclusionis

Ad rationes autem ante oppositum factas Ad primam contra primam suppositionem dicitur Non plus congruit ut summa maiestas accipiat infirmitatem verum est de infirmitate cuius ratio deprimente minuere vel coarctante ~~sunt~~ non enim infirmitate est maiestas vel potentia dei in se / et assumpta carnis infirmitate sed in una persona iuncta sunt infirmitas carnis et immensitas maiestatis / carne primum pati et mori potuit / tunc hec demone vincere a morte resurgere et alia opera facere deitatis Sed dicitur non est simile de infirmitate et malicia tamen in infirmitate stat deitas non est secundum deum et ad suum finem quod non est de malicia et ita non decuit eum assumere maliciam tamquam sue nature repugnantem / Ad aliud probationem cum dicitur Magis congruebat ut deus hanc noxam indulsisset / Ad probationem quamvis licet hoc misericordia dei potuisset tamen aliqualis iusticia lesa fuisset / quia non fuisset tantum restitutum quantum fuit ablatum nec deo per hominem tantus fuisset honor impensus sicut ei per hominem illatus fuerat contemptus Nec debuit possessor tyrannus hominis possessione spoliari nisi per hominem victus fuisset et in hominem innocentem manum iniecisset ratione cuius possessione hominis privari debebat

Ad secundam rationem que arguit pro parte secunda suppositi Cum dicitur Christus si non stetisset in innocentia non fuisset opus tanta exaltatione nature Ad probationem dicitur quod licet non meruit per peccatum exaltari nec ex peccato sequitur est lucrum seu illud magnum bonum quod primo cuius ad deum sed ex sola dei benignissima misericordia et liberalitate infinita / alioquin consilio / demonis malicia

volente deprimendo et lapsum hominum reformare
Ad confirmacionem concedo maiorem de beatitudine essenciali et illam
minime debet beatificari natura spiritualis innocens quam penitens sed dico
quod essencialis beatitudo nature spiritualis consistit in dotibus corporis que veniet
~~veniet~~ corpori per redundanciam et essenciali beatitudine anime sed loquendo
de accidentali gaudio beatorum nego beatitudinem quia natura spiritualis habebit spe-
cialem beatitudinem ex humanitate Christi Ad autem beati Augustini exponentem
illud Joh. 10 ingredietur et egredietur etc. dico quod per ingressum
intelligit beatitudinem que ad essenciale gaudium et per egressum intelligit beatitudinem
que ad gaudium accidentale quod principue erit in visione humanitatis Christi
Aliam racionem que arguit pro solucione quesiti Ad primam nego antecedens Ad probationem
concedo quod in omnibus hominibus fuisset status innocencie et quod ceteris
paribus ille est melior sed multo melius advenit mundo per incarnacionem
verbi Christi status innocencie excedit statum penitencium scilicet assumpcio
humanitatis in decorem aureole virginum et martirum manifestacio divine
misericordie sicut nunc Ad aliam racionem cum dicitur comparemus etc. regnum
[illegible] in quo antecedens etc. nego maiorem quia ut dictum est malum loco
suo positum magis commendat bona sed cum dicitur nullus dicit etc.
dico quod malicia civium non debita reformata minueret perfectionem
regni sed debita pena punita et in carcerem detrusa ornat rem publicam
ostendendo potentiam et sapientiam regis et sic de ista questione

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] que in sacra [illegible] pro [illegible] 1442 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Utrum sacramenta divina a Christo incarnato efficaciam sumentia, regni creati iustificativa contineant in se gratiam sacramentalem a gratia virtutum realiter condistinctam / questio supponit quod sacramenta divina sumunt efficaciam a Christo incarnato et quod sunt iustificativa regni creati et querit an contineant in se gratiam sacramentalem a gratia virtutum realiter condistinctam Et arguitur pro falsitate que- —
stionis quod questio sit falsa quo ad primum suppositum / sacramenta divina non habent efficaciam a Christo incarnato igitur questio falsa quo ad primum suppositum / patet antecedens quia si sit maxime quod habent efficaciam ex passione Christi quam dicitur Christus incarnatus ex prius dictis [illegible] aliorum librorum sed hoc falsum / patet falsitas quia virtus sacramentorum est ad gratiam causandam in anima per quam spiritualiter vivit sed sicut Augustinus dicit super Iohannem verbum prout erat in principio apud deum vivificat animas secundum autem quod est caro factum vivificat corpora Cum igitur passio Christi pertineat ad verbum secundum quod est caro factum / videtur quod non possit causare virtutem sacramentorum et per consequens sacramenta non recipiunt efficaciam a passione Christi / et ita nec a Christo incarnato igitur questio quo ad hoc supposi-
falsa Sed quo ad secundum suppositum quod questio sit falsa scilicet quod sacramenta non sunt iusti-
ficativa regni creati arguitur sic quia si sit maxime quod essent iustificativa —
dicitur regnum creatum ex superius dictis sed hoc falsum / patet sic falsitas hominis quam
non sunt necessaria ad salutem humanam igitur nec ad iustificationem Consequentia patet quia Sacramenta
est causa salutis omnis [illegible] Dicit enim apostolus prima ad Thimotheum iiii° quod corporalis exer-
citatio ad modicum utilis est sed usus sacramentorum pertinet ad corporalem exerci- —
tationem eo quod sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum et verborum igitur sacramenta
non sunt necessaria ad salutem et ita nec ad iustificationem igitur questio quo ad hoc falsa
Sed quod questio sit etiam falsa quo ad quesitum scilicet quod sacramenta non contineant gratiam arguitur sic
Contentum videtur esse in continente sed gratia non est in sacramento nec sicut in subiecto
quia subiectum gratie non est corpus sed spiritus neque sicut in vase / quia vas est locus
mobilis ut dicitur iiii° physicorum Esse autem in loco non convenit accidenti igitur videtur
quod sacramenta non contineant gratiam sacramentalem et si non / igitur nec eam a gratia virtutum realiter
condistinctam continent / cum dicta pars dicta cadit solum inter ea que sunt igitur questio
quo ad quesitum falsa Sed in contrarium pro primo supposito est glosa super illud ad Ro-
manos v° In similitudinem prevaricationis Ade ubi dicitur ex latere Christi dormientis
in cruce fluxerunt sacramenta per que salvata est ecclesia igitur sequitur quod sacramenta habent efficaciam
ex passione Christi qui dicitur a Christo incarnato cum Christus incarnatus sit passus Sed pro
veritate secundi suppositi scilicet quod sacramenta sunt iustificativa regni creati est Augustinus contra
Faustum dicentis nullum in unum nomen religionis seu verum seu falsum coadu-
nari homines possunt nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colli-
gantur Sed necessarium est ad humanam salutem homines coadunari in unum
vere religionis nomine / igitur sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem et per consequens
hominis iustificativa igitur questio quo ad hoc vera Sed pro veritate quesiti
est auctoritas Hugonis de sancto victore dicentis sacramentum ex sanctificatione
invisibilem gratiam continet quod autem hec gratia sit alia a gratia virtutum patet
quia alias frustra sacramenta haberent gratiam et dona virtutum conferrent quod falsum
est quia in operibus dei nichil est frustra igitur questio quo ad quesitum vera

medicina

Presupposita protestatione laudabili quam alias in principio primi et in aliorum
librorum principiis repeti quam et hic pro repetita habere volo / hanc questionem
dividam in tres articulos primus articulus erit de primo supposito secundus de
secundo et tertius de quesito

[illegible]

Quantum ad primum articulum noto primo secundum sanctum Thomam quod sacrum secundum proprietatem
vocabuli videtur importare sanctitatem active ut dicitur sacrum quod aliquid
ornatur sed quia actiones activorum debent esse proportionate conditionibus
passivorum ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur / debet esse talis sanctificandi
modus qui homini competat secundum quod rationalis est / quia ex hoc est homo Inquantum
autem est rationalis habet cognitionem a sensibilibus ortam Unde oportet quod sanctifi-
cetur hoc modo quod sua sanctificatio sibi innotescat per similitudines sensibilium
rerum Et secundum hoc inveniuntur diverse acceptiones sacramenti Aliquando enim sacramentum
importat rem qua fit consecratio / et sic passio Christi dicitur sacrum / et hec est
prima acceptio quam ponit magister / Aliquando vero includit modum consecrationis
cum homini competit secundum quod cause [illegible] et sua significatione sanctificans per similitudines
sensibilium notificantur et sic proprie nove legis sacramenta dicuntur quia et ~~[illegible]~~
conservat

et sanctitatem secundum modo predicto et ~~sic sacramenta nove legis~~ etiam primas
sanctificationis causas significant sicut baptismus sanctificat et puritatem desi-
gnat et mortem christi signum est Aliquando autem includit tantum secundum predictarum contra-
riarum sicut signum sanitatis dicitur et hoc modo sacramenta nove legis sacramenta
sacras dicuntur inquantum significant ea que in christo sunt gesta et etiam sacramenta nove legis f
Sed ut hoc ipsum clarius elucescat solet communiter poni a magistris triplex acceptio
sacramenti ut sic sacramentum capiatur communiter proprie et magis proprie Communiter
dicitur sacramentum quasi sacrans mentem sive sit signum sacre rei sive non et sic
virtutes theologice fides spes caritas possent dici sacramenta quia deus per
eas mentes fidelium sanctificat cum eas infundit mentibus hominum Sanctificat
enim fide intellectum ipsum per sapientiam illuminando voluntatem caritate per suam
bonitatem inflammando memoriam spe per suam potentiam confortando hec dicit
beatus Thomas in scripto tertio di. prima Similiter posset dici de coniugio in statu inno-
centie instituto in officium quod consecravit mentem Ade non sub ratione signi
quia ut dicunt aliqui nondum erat sacre rei signum scilicet coniunctionis christi cum ecclesia
quia hoc erat matrimonium institutum in remedium de quo tamen infra dicetur clarius
sed econverso ut dicit beatus Thomas secundum quandam glosam super capitulo secundo Genesis quod ex con-
templatione unionis christi cum ecclesia quam vidit Adam in soporatione evigilans de soporatione
illo prophetavit dicens hoc nunc os ex ossibus ~~fuit~~ meis matrimonii decentiam
et honestatem et sanctitatem cognoscens que cognitio fuit sacratio mentis ipsius
Ade cognoverat enim tunc matrimonium fore plurimum in officium institutum ut scilicet
sine impedimento posset multiplicare genus humanum sine aliquo fervore libi-
dinis aut appetitu inordinato Secundo sacramentum capitur ~~proprie~~ et isto modo capit- 2°
ur a principio huius quando cum interpretatur sacramentum quasi sacre rei signum
que tamen interpretatio ex quo non est propria non dicit convertibiliter et ideo non oport-
et quod omne quod est sacre rei signum sit sacramentum sicut agnus paschalis et si significavit
corpus christi ~~Eccl~~ vel serpens eneus mortem christi vinum ~~christi~~ non tamen
fuerunt sacramenta licet illa que per hec significabantur erant sacratissima Sicut
in simili non sequitur hoc ledit pedem ergo est lapis Et hoc modo capiendo sacramentum
in statu legis nature erant tria sacramenta solum scilicet decime sacrificia et oblationes
et hoc capiendo sacramentum prout erat res sacrata per homines ministranda et alicuius
frequentanda Per decimam enim erat peccatorum remissio per sacrificia corporis
mortificatio per oblationem bonorum operis exhibitio per sacrificia etiam que consistebat
in animalium ymolatione christi passio futura prefigurabatur significabat enim
quod ille qui offerendus erat in cruce esset dominus vite et mortis Tertio modo 3°
sacramentum capitur magis proprie quod non solum erat rem sacram sed ideo quia eam facit
et efficit Et isto modo capiendo sacramentum diffinitur sic secundum Hugonem Sacramentum est corpo-
rale vel materiale elementum extrinsecus sensibus suppositum ex institutione significans
ex similitudine representans ex sanctificatione invisibilem gratiam continens Sed
secundum beatum Augustinum primo de civitate dei capitulo v. et xxi. Sacramentum est invisibilis
gratie visibilis forma ut ymaginem gerat et causa existat per hoc quod dicitur
invisibilis gratie exprimitur gratiam cuius est significativum Sed cum dicitur vi-
sibilis forma exprimitur quod sacramentum sit significativum Sed cum dicitur ut ipsius
ymaginem gerat tangitur figura exterior que dicitur forma quasi foris ma-
nens que aliquo modo rei ymaginem gerit Sed cum dicitur causa existat expri-
mitur quod sacramentum proprie dictum est gratie causativum ad formam tamen infra dicendum
Et in hac tertia acceptione tantum sacramenti sacramenta ewangelice legis dicuntur
sacramenta que sunt vera sacramenta que sunt septem baptismus con-
firmatio eucharistia penitentia extrema unctio ordo et matrimonium quorum
sufficientia non unicus potest assignare quia tamen causa brevitatis omitto

Secundo noto Status hominum est duplex scilicet vie et patrie patrie est compre-
hensorum qui consistit in dei fruitione Sed viatorum consistit in tendentia
ad ultimum finem Et talis status vie est duplex quidam ante lapsum primorum
parentum et vocatur status innocentie Secundus post lapsum ipsorum in peccatum
Et iste status est triplex scilicet status legis nature et status legis

scripte seu mosaice et status legis gratie vel ewangelii et in quolibet trium
statuum fuerunt aliqua sacra signa vel sacramenta

Tercio noto quia dicitur in titulo questionis efficacia / quod efficacia sacramentorum
efficacia presertim nove legis in hac consistit quod mediantibus sacramentis nobis
confertur gratia illud quod est causa effectiva sacramentorum que est cause gratie
hec autem causa potest intelligi dupliciter uno modo principalis et effectiva sicut deus
alio modo meritoria et dispositiva sicut passio christi

His positis sit conclusio prima ad huius articuli loquendo de sacramentis
generaliter et in quantum accipitur de predictis tribus / sacramenta sunt insti-
tuta a regno increato probatur conclusio Sacramenta sunt instituta a deo qui a
regno increato quia non tantum est ille instituit aliquid qui dat ei valorem et
virtutem sicut patet de institutionibus legum sed virtus sacramenti est a solo
deo ut infra probabitur quod solus deus habet instituere sacramenta / hanc rem
deducit beatus Thomas in tercia parte q. lxiiii a. 2o ex cuius probatione infertur
eandem conclusionem Dicit enim quod sacramenta instrumentaliter operantur ad spiritua-
les effectus Instrumentum autem habet virtutem a principali agente Agens
autem respectu sacramenti est duplex scilicet instituens sacramentum / et utens sacramento
instituto / applicando scilicet ipsum ad inducendum effectum / Virtus autem sacramenti
non potest esse ab eo qui utitur sacramento quia non operatur nisi per modum
ministerii Unde relinquitur quod virtus sacramenti sit ab eo / qui instituit
sacramentum / Cum igitur virtus sacramenti / sit a solo deo sequitur
quod solus deus sit sacramentorum institutor Et patet conclusio de sacramentis
omnium statuum omnia enim sacramenta tam status nature quam status mosaice quam
etiam ewangelice sunt a deo instituta In statu enim legis nature erant hec
tria sacramenta i. sacra signa ideo dico sacra signa quia non intendo
dicere quod fuerint proprie vera sacramenta scilicet decime sacrificia et oblationes que
omnia a deo instituta vel inspirata credimus / de sacramentis seu sacris
signis legis mosaice etiam patet per hugonem in libro de sacramentis parte xi
libro primo que in tribus differentiis videntur esse distincta / quedam enim
erant in remedium et pertinebant aliqualiter ad peccatorum remissionem et instituta
aliqualiter ad necessitatem ut homo in eis sanctificaretur sicut est circum-
cisio ritus phase / hostie pro peccato / hostie pro delicto hostie expiationis
reconciliationis et purificationis Alia in obsequium / et pertinebant ad exer-
citium devotionis / instituta ut fidelium devotio exerceretur in augmentum
meritorum / quales fuerunt hostie purificationis Alia erant ad cultum divinum
instituta ad colendum pietatem et ad preparationem ut essent quasi instrumenta
ad cetera sacramenta pertractanda sicut fuit tabernaculum altare vasa utensilia
tabernaculi vestes et indumenta ministrancium que omnia poterant dici ipso
sacramenta quia erant sacre rei signa et hec sine institutione divina intel-
latenus fuisse dicenda sunt prout hec posset deduci per singula in the-
latis sacre scripture Tercio patet conclusio etiam de sacramentis ewan-
gelicis / baptismus enim fuit institutus apud Johannem iii° nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum dei Sed solempniter
fuit institutum Mathei ultimo cum dictum est Euntes docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris et filii et spiritus sancti Confirmatio vero instituta
dicitur Marci x° ubi dicitur oblati sunt parvuli ei ut tangeret
eos imponebat eis manus et benedixit eis et Johannis xx dixit discipulis
Accipite spiritum sanctum ita quod christus instituit innuendo et inspirando / Apostolis
sufficiendo / etiam perficiendo Sacramentum vero penitentie institutum est ibidem
cum subditur quorum remiseritis peccata remittuntur eis. licet etiam et ante adventum
christi fuerat institutum Sacramentum vero eukaristie christus in cena insti-
tuit cum dedit corpus suum discipulis dicens hoc est corpus meum
hoc facite in meam commemorationem luce xxii Sacramentum autem

sa
sacerdotalis ordinis ad quem disponunt ceteri ordines institutum est cum
xpus dedit potestatem consecrandi corpus suum in ultima cena Tunc
eos consecravit in sacerdotes Unctio sacra Marci vi ubi apostoli ungebant
infirmos oleo et sanabantur Matrimonium approbative institutum est
Mathei xix ubi xpus dixit quod deus coniunxit homo non separet
licet in paradiso ante peccatum primus fuerat institutum in officium post peccatum
vero in remedium Sic igitur omnia sacramenta a deo sunt instituta Conclusio
vera

Corollarium primum Sacramenta seu sacra signa cuiuscumque status ex predictis
tribus habent efficaciam virtutis pater ex probatione conclusionis quia sunt a deo
instituta Deus autem nichil instituit frustra cum eius perfecta sunt opera Deutronomii xxxii

Corollarium secundum Sacramenta seu sacra signa cuiuslibet status ex predictis fuerunt
rationabilia patet ex conclusione quia sunt a deo instituta Deus autem
nichil irrationabile instituit cum in eo sit summa et efficacissima ratio omnium ab ipso
factorum

Corollarium tertium Non sequitur deus ab initio instituit matrimonium et penitentiam ergo debe-
bat instituere et alia sacramenta patet consequentia quia matrimonium et penitentia aliqualiter
fundantur super instinctu legis nature et ideo debebant a principio institui Alia vero
totaliter fundantur super instinctu gratie igitur consequentia nulla

Conclusio secunda Et si sacramenta nove legis habeant efficaciam suam a volun-
tate dei ut a causa principali et effectiva habent tamen efficaciam immediate a
passione xpi ut a causa meritoria et dispositiva Prima pars conclusio prima parte
Nam a quo sacramenta sunt instituta ab illo principaliter dependet eorum efficacia
sed a solo deo sacramenta nove legis sunt instituta igitur ab illo habent efficaciam
tamquam a causa principali effectiva Secunda nota bene patet ex conclusione precedenti Secunda pro-
batur parte patet quia per beatum Augustinum xv li. de ci. dei c. 26 propterea et li. contra
Fau. xii. hostium ubi ait hostium in latere arche profecto est vulnus quo latus
passi vulneratum est lancea hoc quippe ingrediuntur venientes ut inde
sacramenta manarent quibus credentes iniciantur Propter hoc etiam conclusionem est glossa super
epistolam ad Romanos v. que dicit sicut ex latere Ade dormientis sumpta est
costa unde formaretur Eva sic ex xpi latere profluxerunt sacramenta scilicet aqua ablu-
tionis et sanguinis redemptionis per que fabricata est ecclesia Ad idem est glossa
super illud Johannis xix Unus militum aperuit latus eius que loquitur
dicit aperuit et non vulneravit ut illis vite hostium panderetur unde mana-
verunt sacramenta ecclesie habent igitur efficaciam ex passione xpi ut a causa instru-
mentali Ad hoc autem ex instrumentum corporale virtutem habeat secundum Petrum de Tha. in
scripto 4ti di. i q. 1 a. vi requiritur motor artifex et eius virtus seu motus
et aliquid continuans vel applicans eius virtutem ad instrumentum Sed virtus
sacramentorum a xpo est ut a causa efficiente cuius virtus qua influit passionis
meritum est virtus vero sacramentorum a passione est Cum sit enim medicinaliter ordi-
natur ad sanationem culpe et pene consequentis culpam principaliter vero passio xpi
est causa prima meritoria remissionis culpe et pene Ideo omnis virtutis
principalis profluit a passione xpi et hoc tamquam ex causa instrumentali
et meritoria ex institutione divina sed sunt ex principali causa agente ex fide
ecclesie sunt ex continuitate instrumenti sensibile agenti igitur conclusio vera

Corollarium primum Licet baptismus et eucaristia ante passionem xpi insti-
tuta dicantur tamen non habuerunt efficaciam plenam nisi mediante passione
xpi patet corollarium ex conclusione et eius probatione

Corollarium secundum Non sequitur xpus magnificum homo non remittit peccata
ergo sacramenta ordinata in abolitionem peccatorum non habent efficaciam a passione
xpi patet corollarium ex prima parte quia solius dei est delere iniquitates iuxta
illud Ysaie xliii Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas Et ibidem
xliiii dicitur Delevi ut nubem iniquitates tuas et quasi nebulam peccata tua

ante scitus est creator Nec valet alia eius probatio de matrimonio in paradiso
instituto per quod volt probare in statu innocentie sacramenta fuisse necessaria
Illud enim matrimonium tunc non fuit sacramentum cum non fuit in remedium
institutum sed in officium ut dixi in capitulo tertio Ex quo patet non fuit in
remedium quod est de ratione sacramenti quo homo indiget post peccatum Iuxta
illud Ro 3o Omnes peccaverunt omnes egent gloria dei igitur probatio sua non
concludit in illo statu sacramenta fuisse necessaria igitur conclusio sua non videtur
bene posita
Contra septimum ~~Conclusio prima magistri mei~~ In statu ultimo beatitudinis
eterne non erit opus aliquo sacramento patet ex ~~dicto~~ ~~[illegible]~~ fundamento

~~Conclusio secunda licet a tempore lapsus in statu legis nature et mosaice~~
~~fuerint aliqua sacra signa iustificativa quo ad opus operans nulla tamen~~
~~ex eis fuerunt vera sacramenta Conclusio habet tres partes~~
Contra septimum Contra tertium conclusionis prime articuli primi magistri mei
non est bene positum Dicit enim quod in singulis statibus hominis fidei sacramenta
inventio ad salutem est necessarium quod falsum est de statu patrie cum tamen
est status hominis et magis quam aliquis alius ubi quilibet stabit in eternum
ut dicit magister sed in statu patrie omnia clare videbuntur 1 Cor 13
videmus nunc in enigmate et in speculo tunc autem facie ad faciem
caritas enim manebit fides autem et spes evacuantur legitur ibidem [illegible]

Conclusio secunda licet a tempore lapsus in statu legis nature et mosaice
fuerint aliqua sacra signa iustificativa quo ad opus operans nulla
tamen ex eis fuerunt vera sacramenta Conclusio habet tres partes Quo ad
primam partem videlicet quod probo primo quo ad statum legis nature in quo etiam
fides erat que fideles illuminabat et deum esse creatorem redemptorem
et remuneratorem dictamen nature consonabat necessarium fuit in illo statu
hominum habere illarum sacrarum rerum signa que erant tria principalia videlicet
oblatio sacrificium et decimatio ut dictum fuit in nobili primo articuli
primi quibus signis visibilibus homo recognosceret manifeste deum
quem homo inhonoraverat per superbiam ipsum esse honorandum fideliter
in oblatione tamquam deum creatorem in sacrificio tamquam redemptorem et in
decimatione tamquam perfectum remuneratorem et non solum hec erant necessaria
ad dei honorationem sed etiam ad fidei de redemptore venturo professionem
in eisdem signis manifestando hec exterius quod credebant interius
et quia in redemptione tria concurrunt modus redimendi pretium et
res redempta primum patres in statu illo profitebantur per oblationem
secundum per sacrificium in quo credebant pretium sanguinis effundendi tertium
per decimationem quia homo per drachmam decimam designatur Quecumque
professio fidei necessaria erat pro ipsius imperfectis perfectis enim deus revelat
sacramenta fidei imperfectis celavit Unde minores adherebant fidei
maiorum et credebant implicite et sicut implicite credebant sic signa
data sunt eis a maioribus in quibus fides continetur implicite Et
hec quidem tria necdum erant necessaria ad predicta duo videlicet ad dei hono
rificationem et redemptoris professionem sed etiam ad nostre ~~agende~~ vite agende
instructionem ut persistamus in bono et hec per responsionem ad prima sacramenta
tria adiutoria primum videlicet peccato cognito in delectatione bone voluntatis
deo oblatio secundum per recessum a peccato in reparatione decime partis in parte
dei decimatio tertium ad ultimam contritionem satisfactio Satisfacimus enim
deo spiritus contribulatus cor contritum Similiter etiam tria adcepta ex
nobis bonorum operum oblatio confessione peccatorum et laudis preceptorum
dei decimatio et mortificatione carnis proprie satisfactio Secundum est Ro 12
primi Offerate corpora vestra hostiam viventem etc Quecumque sacra signa

sic sentia ut premittitur necia in lege nature quo ad duos modos p[ri]mos
explicite et q[uo]d ad tercium q[uod] respicit primam quodammodo virtualiter cum
fide sunt habitu necia ad salutem et hec semper per hec tria sub vo[catio]ne
manifestacionis eiusdem sine qua fide nemo liberatur a dampnacione pcti
originalis s[cilicet] que facta est per adam ut dicit aug[ustinus] in li[br]o de correpcione
racione et gra[cia] c[apitul]o xviii. Item circa erat necia prima quo ad interiorem
hamiem et interiore pcti recognicionem q[uod] pertinebat ad adultos qua delebatur
peccatum actuale necessarium eciam erat matrimonium quantum ad coniugatos q[uod]
ordinabatur in remedium fornicacionis et ad multiplicandum genus humanum/ Similiter
patet quo ad statum legis mosaice/ p[ro]dicte cum tribubus et aliis in maiore fidei
manifestacione/ succrescente tempore necessarium fuit alia filia appone[re] Crescebat eciam fides
secundum approximacionem ad tempus in aliorum explicacione magis determinata secundum multi
plicacionem successiua populi usque fuit in alios status/ Et hec sic patet quia fides ante
ad moysi fides non plus erat in uno homine aut in una familia/ sed iam in tempo
rata gente/ quia iam multiplicato populo oportebat dari legem et determinari in veri
tate ceremonias et sacrificia quantum ad singulares circumstancias/ uicio oblacio
et penas satisfaccionis distingui/ quatenus hec signa tempore veteris legis ordinate
media fidei gratiam expressius quam signa legis nature nobis signarent/ et talia
signa sacramentalia erant circumcisio vetus pasche hostie pro peccato/ hostie pro delicto
et sic de aliis pluribus Et de hiis dicit hugo de sacramentis parte i ti[tulo] viii Signa
salutis per successionem temporum alia post alia mutari debuerunt/ ut effectus gracie divine
in salute crescit simul quoque et ipsa significacio in ipsis visibilibus euidencius
appareret Et item dicit In primis paulatim antidota pauca vel brevia apposuit ut
paulatim morbus nemo desereret et salus cresceret/ postea plura similiter remedia et
plures reparauit hec ille Sed pro secunda parte glo[sa] s[upe]r q[ui]a talia signa fuerant insti
tuta i[d est] quo ad opus operans i[d est] quo ad ipsum sacramenti licet non quo ad opus ex
metorum quedam fuit ante legem/ alia sub lege/ alia sub gracia/ sed quod differ
rentia sed eiusdem effectum sanctificacionis habencia/ et ita iustificabant quo eciam
erant medicinalia si nichil contulissent frustra instituta fuissent
nichil instituit frustra/ sed quod non iustificabat quo ad opus operatum tamen deo
illud quod dicit glo[sa] super illud Rom[anos] iii ex operibus legis &c dicit/ opera legis dimittere
que cum lege instituta dicunt sunt et terminata sunt que innichil iustificare
poterunt sed si cum fide et deuocione fierent/ et ita non iustificabat quo ad
opus operatum per modum sacramenti licet quo ad opus operans
quo probat per vera Sed pro tercia parte glo[sa] s[upe]r q[ui]a per modum meriti s[ecundu]m
fuerunt non sacramenta Sacramenta enim noua legis habent in se aliquam virtutem que operat
ad conferendum gratiam iustificantem/ quantum ad opus operatum/ qualia non erant ista
cum erant infirma et egena elementa unde apostolus dicit ad Galatas iiii
Conuertimini iterum ad infirma et egena et electa glo[sa] i[d est] ad legem que dicitur
infirma quia perfecte non iustificat/ sed gratia perfecte iustificat quia illa signa veteris
legis gratiam non afferebant et per quod non fuerunt sacramenta Unde dicit b[eatus] Thomas
in tercia parte q[uestione] lxii a[rticu]lo sexto non potest dici quod sacramenta veteris legis conferant
gratiam iustificantem per se ipsa i[d est] propria virtute quia sic non fuisset necessaria passio Christi
secundum illud ad Galatas ii Si ex lege est iusticia ergo gratis mortuus est/ sed nec
potest dici quod ex passione Christi virtutem haberent conferendi gratiam ad iustificandum
virtutis enim passionis Christi copulatur nobis per fidem et sacramenta/ dicit tamen Nam
continuacio que est per fidem fit per actum anime/ continuacio autem que est per
sacramenta fit per usum exteriorum rerum Nichil autem prohibet id quod est posterius
tempore antequam sit, moueri/ secundum quod precedit in actu anime/ sicut finis qui est
posterior tempore mouet agentem secundum quod est apprehensus et desideratus ab ipso
Sed illud quod nondum est in rerum natura non mouet secundum usum exteriorum rerum
Unde causa efficiens non potest esse posterior in esse/ ordine duracionis sicut
causa finalis Sic igitur manifestum est quod a passione Christi que est causa

6

gratie iustificationis conveniunt ~~[illegible]~~ dicatur utrius iustificatio ad
sacramenta nove legis et non ad sacramenta veteris legis / et tamen per fidem iustifi
cabantur antiqui patres sicut et nos Sacramenta autem veteris legis erant
quedam illius fidei protestationes in quantum signabant passionem christi et effectus
eius Sic ergo patet quod sacramenta ve. legis non habebant in se virtutem qua
operaretur ad conferendam gratiam iustificantem sed solum significabant fidem per
quam iustificabantur et per quam non erant vera sacramenta agitur. gl.a(?) hac(?) vera
et eandem sententiam innuit b(eatus) tho(mas) in p(ri)ma parte q. c. 4. ar(ticu)lo quo

Tertium ad primam partem conclusionis primum in statu legis nature / fides parentum iusti
ficans purgabat originale peccatum patet tertium ex probatione conclusionis et patet
sic quia sicut apud nos valet aqua baptismi hoc egit apud veteres pro parvulis
sola fides ut dicit Gregorius in. 4. li. moral. sed non valuit fides contra in
parvuli tunc non haberent usum rationis / requiritur fides parentum vel(?) quasi sufficiebat fi
des informis quia si non / tunc sequerentur tria inconvenientia / primum quod peccatum
actuale patris imputaretur filio / quia aliter mundaretur plures si parentes
essent sine peccato / secundum quia cum nullus sit certus an sit in caritate excludens
(quod) nemo scit an odio vel amore dignus sit / nullus esset certus de cura
tione parvuli ergo ergo debet remedium contra originale peccatum exhiberi / tertium
tunc potius deberet mundari parvulus ab originali peccato in caritate parentum
quam in fide parentum cuius oppositum dicit Gregorius

Tertium secundum non sequitur Caritas est maior fide ergo in caritate parentum
tunc parvuli salvabantur patet tertium quia fides est fundamentum et per eam
homo primo elevatur supra suam facultatem / naturalem / que respicit mediato
rem tamquam obiectum quod non est de caritate
Tertium tertium non sequitur fides informis est mortua ergo non poterat tolli origi
nale / patet tertium quia licet fides informis mortua est quo ad meritum
vite eterne / tamen quo ad meritum congruum certum est quod fides informis non salvat
... ... ... ... est ... per meritum christi
Tertium quartum Sacrificium abel et si fuit sacrum signum tamen non fuit iusti
ficativum patet tertium quia fuit de signis legis nature que non iustificabant
licet aliud et hoc dicat alius d(?) cano. placuit tibi sacrificium quod placuit sacrificium
separatas. Prima conclusio / Anima separata dampnata cognoscit malos angelos tamquam
suos tortores, et anima beata cognoscit angelos bonos tamquam suos socios gaudii
et consolatores / quod quidem potest et a priori et a posteriori / A priori cognoscendo deum
esse causam cuiuslibet intellectivi / propter hoc quod divinam essentiam cognoscat beatifice.
A posteriori quia potest multos effectus intelligentiarum cognoscere / ex quibus potest arguere
intelligentias esse / Secunda probatur quia omnis cognitio fit per assimilationem, cum ergo
maiorem similitudinem habeat anima separata / respectu talium spiritualium substantiarum / quam respectu
corporalium / ergo vere cognoscit huiusmodi naturas. Unde secundum beatum Thomam in q. de anima
q. xvii. Sicut una aliqua aliarum substantiarum separatarum cognoscit aliam intuendo substantiam
suam inquantum in ea est aliqua similitudo alterius substantie cognoscende / per hoc quod
recipit influentiam ab ipsa vel ab aliqua substantia que est communis causa utriusque / Ita
etiam anima separata intuendo directe essentiam suam cognoscit substantias separatas tali
cognitione sicut ipse cognoscunt se invicem / eo quod anima est infima inter eas et infi-
mo modo recipit intellectualis luminis emanationem.

Corollarium primum ad hanc conclusionem / Non sequitur anima coniuncta corpori est perfectior quam
separata ergo clarius cognoscit substantias separatas quam quando est coniuncta / patet consequentia quia
ceteris non sunt paria / quia quamvis anima coniuncta corpori in hoc sit perfectior quam separa-
ta / quia est sicut apta nata est esse secundum conditionem suam naturam apta nata est ad hoc
quod informet corpus humanum / tamen quamdiu illud corpus non est glorificatum tunc est
quasi carcer et obscura captivitas seu custodia anime / de qua petit liberari propheta
dicens / Educ de carcere animam meam / videlicet anima existens in isto carcere
tum de spiritualibus eternis subiectis / quantum cognoscit dum fuit ab huiusmodi carcere separata
quia sicut se habet oculus noctuarum ad lumen solis ita intellectus noster ad ea que
sunt manifestissima in natura ut dicitur 2° methaphisice quod utique verum est loquendo de
naturali cognitione conveniente ipsi anime pro statu presentis vite / que clausa tenetur in dicto
carcere / Ubi etiam sanctus Thomas in q. de anima ubi supra in responsione ad primum actum sic dicit
quod anima corpori unita / quodammodo est perfectior quam separata scilicet quantum ad naturam speciei / sed
quantum ad actum intellectualem / habet aliquam perfectionem a corpore separata quam habere
non potest dum est corpori unita. Nec hoc est inconveniens quia operatio intellectualis
competit anime secundum quod superexcedit corporis proportionem / intellectus enim non est actus
alicuius organi corporalis / videlicet corollarium in secundum.

Corollarium secundum / Anima separata a corpore cognoscit alia dona gratuita que in hac
vita cognovit. Hoc corollarium est beati Thome in quarto quotlibeto q. xxi ubi dicit hoc posse
fieri tamen per notitiam quam de ea acquisivit in hac vita per aliquos
effectus ipsius quorum est vita humana / cum per aliquam similitudinem similiter
naturalem influxionem / cuiusque influxionis tanto magis particeps esse potest quanto magis
a corporeis operibus est abstracta / videlicet corollarium secundum.

Conclusio tertia / Anima separata a corpore habet notitiam omnium naturaliter cognoscibilium
nisi per accidens impediatur. Prima conclusio quia intellectus qui sua notitia attingit
maius et excellentius intelligibile etiam potest attingere ea que sunt minus excellentia
sed inter omnia intelligibilia creata / substantie separate tenent summum et excellentissimum
gradum. Cum ergo huiusmodi substantias / anima separata attingat sua notitia / ut patet ex proba-
tione conclusionis precedentis / ergo potest cognoscere etiam omnia naturaliter cognoscibilia
que sunt multo minus excellentia quam substantie separate / Antecedens probatur nota est
quia quod potest in maius potest in minus ceteris paribus / Consequentia tenetur quia substantie
separate magis participant esse divinum intellectuale quam alie substantie. Et dicitur
in conclusione nisi impediatur per accidens / Nam supposito quod in animas dampnatas
fiat influxio similitudinum rerum productarum a deo per quas similitudines
res ipse apte sunt cognosci / tamen a debito usu huiusmodi specierum ratione culpe
et pene potest anima separata quam plurimum impediri / Et de huiusmodi cognitione quo erit
ducit dicendum dicitur. Sicut enim patet de Ethica quod anima tunc non intelligit

solum per essenciam suam / quia hoc convenit soli deo / nec per essenciam rei intellecte / quia
sic solum intelligeret illa que per suam essenciam essent in anima / nec intelligit per species
concreatas vel connatas ~~et~~ sibi connaturales i[d est] naturaliter coexistentes quia ipsa est in principio creacio
nis tamquam tabula rasa 3o de anima nec solum intelligit per species ante separacionem
acquisitas quia sic intellectus pueri mortui in ventre matris nichil intelligeret Sed ut
ipse dicit intelligit per lumen intellectus agentis abstrahentis a rebus species quas gignit
intellectum possibilem et ita sit intellectio / potencior cum intellectus agens separatus a corpore
sit ei coniunctus Unde sicut coniunctus potest abstrahere a fantasmatibus / sic separatus a rebus
Sed beatus Thomas in questione de anima q[uestio] 15 in questione de veritate dicit quod quamdiu est unita
corpori / ex ipsa unione corporis habet aspectum ad inferiora a quibus accipit species
intelligibiles proporcionatas sue intellectuali virtuti / et sic in scienciam perficitur Sed cum fuerit
appetitum || a corpore separata / habet || ad superiora tantum / a quibus recipit influenciam specierum intelligibilium
universalium / Et licet minus late recipiantur in ipsa quam sint in substanciis superioribus
tamen ex hoc non est sibi causata efficacia virtutis intellectualis / ut per huiusmodi formas
species intelligibilium possit perfectam cognicionem consequi / intellectu dico speciali et determinate
unumquodque / sed in quadam universalitate et confusione / sicut cognoscuntur res in
principiis universalibus / Hanc autem cognicionem acquirunt anime separate subito per modum
influencie et non successive per modum instruccionis ut Augustinus dicit Sic dicendum est quod
anime separate naturali cognicione in universali possunt cognoscere omnia naturalia non autem specialiter
unumquodque huiusmodi autem species influxe secundum beatum Thomam 3a[?] in questione preallegata
ad 3um articulum q[uestio] 15 causantur in anima separata a deo mediantibus angelis Nec
obstat quod quedam anime separate sunt superiores quibusdam angelis / quia hic non loquimur
de cognicione glorie / secundum quam anima potest esse angelis equalis vel etiam superior / sed lo
quimur de cognicione naturali / in qua anima deficit ab angelo / Causantur autem huiusmodi species
in anima separata per angelum non per modum creacionis / sicut id quod est in actu / reducit
aliquod sui generis de potencia in actum / Et cum huiusmodi accio non sit situalis non oportet
hic querere medium deferens situale sed est hic operacio ordo vel quod in corporalibus
ordo situs / sequitur conclusio vera / De cognicione autem qua habent anime sanctorum per graciam
alia racio est Nam secundum illam angelis adequantur prout vident omnia in verbo
que ad illorum gaudium pertinent

Corollarium primum / Non sequitur anima separata retinet species rerum naturalium / ergo non recipit
species sibi impressas immediate a superiori intelligencia / patet corollarium quia antecedens verum /
et consequens falsum / quod antecedens sit verum quia secundum Boecium 5o de consolacione recepta sunt in reci
piente per modum recipientis / sed intellectus anime coniuncte recipit species intelligibiles ut patet 3o
de anima ubi dicitur quod anima est locus specierum non tota sed intellectus / sed ipse intellectus
est incorruptibilis ut dicitur ibidem / ergo huiusmodi species sunt in intellectu modo incorruptibili / et
per consequens manent in anima separata Unde beatus Jeronimus in epistola ad Paulinam dicit
discamus in terris quorum sciencia nobis perseveret in celis Sed quod consequens sit falsum / quia
nulla anima corpori coniuncta / ab hac vita perfecte discedit quod habeat in se species omnium na
turalium / multe enim sunt mirabiles et stupende creature in mari et in abissis
et in regionibus desertis que raro vel numquam vidit aliquis homo / quarum species potest
recipere anima postquam ab hac vita discedit / dato quod tunc non recipiat de novo illarum
rerum species / quas in hac vita cognovit

Corollarium secundum / Distancia localis non impedit cognicionem anime separate / patet corollarium quia
ipsa non cognoscit abstrahendo a sensibus qui non cognoscunt res nisi presentes / sed per species
infusas vel acquisitas prius per sensum ut dicit probacio conclusionis precedentis / tales
autem species equaliter representant res presentes et distantes / sicut ymago Herculis equaliter
representat Herculem presentem vel distantem / Unde quod anime separate non cognoscunt quedam
singularia hoc non est propter localem distanciam sed quia in eis non est tanta ~~[illegible]~~ efficacia
virtutis / ut per species influxas omnia singularia cognoscere possint 3m corollarium verum

Corollarium tercium / anima separata cognoscit quedam singularia patet ex probacione conclusionis / cognoscit
enim anima separata non cognoscit per abstraccionem a fantasmatibus / sed per influenciam specierum

et iste species sunt etiam representative quorundam singularium / sequitur quod quedam singularia
cognoscit unde sanctus Thomas in prima parte q. lxxxix ar. 4 sicut deus per
suam essentiam infinitam est causa et principium universalium et individualium principiorum / cognoscit
omnia et universalia et singularia / ita substantie separate per species que sunt quedam parti-
cipate similitudines illius divine essentie / possunt singularia cognoscere ¶ In hoc tamen
est differentia inter angelos et animas separatas / quia angeli per huiusmodi species / habent perfecta
efficaciam sui intellectus / per huiusmodi species non solum naturas rerum in speciali cognoscere
possunt / sed etiam singularia sub speciebus contenta / Anime vero separate non possunt
cognoscere per huiusmodi species nisi solum singularia illa ad que quodammodo determinantur
vel per precedentem cognitionem / vel per aliquam affectionem vel per naturalem habitudinem / vel
per divinam ordinationem / quia omne quod recipitur in aliquo / determinatur in eo secundum
modum recipientis usque correlarium tertium
¶ Correlarium quartum non sequitur actuatio intellectus separati per species influxas a superiori
intelligentia non est naturalis / ergo cognitio per tales species non est naturalis patet correlarium
quia supposita antecedentis veritate consequens falsum est / sicut si cecus a deo reciperet
visum quamvis talis donum sit ei supernaturale / tamen postquam recipit talem visum / tunc
non minus naturaliter videt quam ille qui natus est videns / ita est in proposito
¶ Correlarium quintum Anime separate dampnatorum possunt uti notitia aut scientia quam in
hac vita [struck through] habuerunt / patet ex probatione correlarii precedentis / Et probat hoc
correlarium sanctus Thomas contra gentiles libro 4 q. 91 quod sicut propter perfecta sanctorum beatitudinem nichil erit
in eis quod non sit gaudii materia / ita nichil erit in dampnatis quod non sit eis materia
et causa tristitie / nec aliquid quod ad tristitiam pertinet deerit / ut sit eorum miseria
consummata / consideratio ergo aliquorum notorum quantum ad aliquid inducit gau-
dium / vel ex parte cognoscibilium inquantum diligunt / vel ex parte ipsius cognitionis
inquantum est conveniens et perfecta / potest etiam tristitie esse ratio / et ex parte cognoscibilium
que nata sunt contristare / vel ex parte ipsius cognitionis / prout eius imperfectio
consideratur / ut puta cum quis considerat se deficere in cognitione alicuius veri / quod
perfectionem appetit / sic ergo in dampnatis erit actualis consideratio eorum que prius
sciverunt ut materia tristitie / non autem ut delectationis causa / considerabunt enim et ma-
la que gesserunt / ex quibus dampnati sunt / et bona delectabilia que amiserunt /
et ex utroque torquebuntur Similiter etiam torquebuntur de hoc / quod considerabunt
notitiam quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfectam esse et amisisse summam eius
perfectionem quam [struck through] poterat adipisci usque correlarium sextum
¶ Correlarium sextum Conclusio prima articuli primi magistri mei quo ad primam sui partem
salva pace non est bene posita Dicit enim prima pars conclusionis eius quod dampnat-
ae anime separate est cognitio et rerum naturalium et naturalis ¶ Probavi enim quod cognitio
conclusione tertia / quod sit naturalis ostendit hoc probatio correlarii quarti / Item enim probavi in
prima quod anima habet cognitionem sui et etiam aliorum quorum scientiam acquisivit naturalem et
scientificam / sed tales scientia post separationem anime a corpore manet in anima / ergo sequitur quod anima
separata habet scientiam naturalem et scientificam Antecedens nota est / Minor autem sequitur quod scientia maneat
in anima separata probatur / quia remanebit tam quo ad habitum quam quo ad actum
quo ad habitum patet quia actus intellectus ex quibus habitus in presenti vita scientia acquiruntur
sunt per conversionem intellectus ad fantasmata que sunt in viribus sensitivis unde per
tales actus et ipsi intellectui possibili acquiritur facultas quedam ad considerandum
per species susceptas / et in predictis inferioribus viribus acquiritur quedam habilitas /
ut facilius per conversionem ad ipsas intellectus possit intelligibilia speculari / sed sicut
sicut actus intellectus principaliter quidem et formaliter est in ipso intellectu / materialiter
autem et dispositive in ipsis inferioribus viribus ita etiam dicendum est de habitu
¶ Quantum ergo ad id quod aliquis presentis scientie habet ab inferioribus viribus non remanebit

speciali [marginal note]

in aia separata / sed quantum ad id quod habet ab ipso intellectu / necesse est ut remaneat
quia ut dicit in li° de longi^tu et brevi^te vite dupliciter corrumpitur aliquid prima
uno° per se quando corrumpitur a suo contrario ut calidum a frigido Alio° per accidens
scilicet per corruptionem subiecti / Manifestum est autem quod per corruptionem subiecti scientia que
est in intellectu humano / corrumpi non potest / cum intellectus sit incorruptibilis / similiter etiam
nec per contrarium corrumpi possunt species intelligibiles que sunt in intellectu possibili / quia intel-
lectioni intelligibilium nichil est contrarium / et presertim quantum ad simplicem intelligentiam
qua intelligitur quod quid est / sed quantum ad operationem qua intellectus componit et
dividit aut ratiocinatur / sic invenitur contrarietas in intellectu / secundum quod falsum in
compositione vel argumentatione est contrarium vero / et hoc modo scientia interdum corrumpitur
per contrarium dum scilicet aliquis per argumentationem abducitur a scientia veritatis Et ideo
philosophus in li° predicto ponit duos modos / quibus per se scientia corrumpitur / scilicet oblivio-
ne ex parte memorative / et deceptione ex parte argumentationis false sed hec
non habet locum in aia separata / Recte ergo dicitur quod habitus scientie secundum quod est in intellectu
manet in aia separata Sed quod etiam actus scientie maneat in aia separata probat
b tho sic In actu est duo considerare scilicet speciem actus / et modum ipsius / species quidem
actus consideratur ex obiecto in quod actus virtutis cognoscitive dirigitur per speciem
que obiecti similitudo est / sed modus actus ~~consideratur~~ pensatur ex virtute agentis /
/ sicut ~~si~~ aliquis videat lapidem / contingit ex specie lapidis que est in oculo / sed
quod acute videat / contingit ex virtute visiva oculi / cum igitur species maneant in
aia separata sicut dictum est / status autem aie separate non sit idem sicut modo est / sequitur
quod per species intelligibiles hic acquisitas aia separata intelligere possit que prius intellexit
non tamen eodem modo scilicet per conversionem ad fantasmata sed per modum convenientem aie separate /
et ita remanet quidem in aia separata actus scientie hic acquisite sed non secundum eundem
modum / Si igitur remanet in aia separata et habitus scientie et actus scientie
quos hic habebat de sensibilibus / per quas intelligebat naturalia / sequitur quod aie dam-
pnatorum habent cognitionem scientificam et naturalem / et per hoc dicta conclusio neque mei
que ad primam partem non videtur bene posita Et quod autem dicit apostolus 1 cor 13 quod
scientia destruetur loquitur ut dicit b. tho. ver quia ad actum intellectum qui habet scientiam
per discursum qui ibi non erit / 2 dub° p°

ar^m 29 Quantum vero ad secundum articulum questionis an videlicet dampnati videant
gloriam beatorum. Nota quod aliquid videri contingit dupliciter uno° intuitive et
perfecte sic dampnati non dicuntur videre gloriam beatorum quasi ~~non~~ dicitur videre possit
divinam essentiam / Alio° imperfecte et inconfuso / seu per revelationem
Noto secundo quod duplex est visio secundum Durandum scilicet corporalis et intellectualis et
utraque istarum potest esse beatis ut dicit idem
Tertio noto secundum b tho quod duplex est compassio una per modum passionis
alia per modum electionis prima est motus appetitus sensitivi preveniens rationem
per quem aliquis condolet alteri quasi simul patiens cum eo / Sed compassio
secundum electionem est actus voluntatis sequentis rationem per quem aliquis vult sub-
venire alterius miserie / volendo malum ab eo repelli
Noto quarto secundum b tho quod dupliciter aliquid potest esse materia gaudii vel letitie
uno° per se / ut cum quis gaudet de aliquo inquantum huiusmodi Alio° per accidens
ut cum quis gaudet de aliquo non secundum se / sed ratione alicuius adiuncti
Conclusio prima ad hunc articulum / Anime dampnatorum ante iudicium ge-
nerale habent cognitionem de gloria beatorum / patet hec conclusio per dictum beati
Gregorii omelia quam allegat magister in li° ubi dicit Infideles in inferno
positi ante diem iudicii fideles supra se positos in requie attendunt
et luce xvi dicitur de divite sepulto in inferno / Elevans autem
oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraham a longe et lazarum

in sinu eius / videbunt igitur ut dicit b. tho. beatos in gloria non hoc modo quod glo
riam eorum qualis sit cognoscant / sed solum cognoscent eos esse in gloria
quadam inestimabili / et ex hoc turbabuntur tum propter invidiam dolentes de fe
licitate bonorum / tum propter hoc quod ipsi talem gloriam amiserunt / unde dicitur Sapie
ntie v° turbabuntur timore horribili / sed post diem iudicii omni visione beatorum
privabuntur nec tamen ex hoc eorum pena minuetur sed augebitur / quia memoriam
habebunt beatorum / quam in iudicio viderunt vel ante iudicium / et hoc erit eis
in tormentum sed ulterius affligentur in hoc quod videbunt se indignos reputatos
etiam videre gloriam / quam sancti merentur habere / igitur conclusio vera

Tertium primum licet unus dampnatus videat alium / non tamen cognoscit ea que
apud nos aguntur / patet corollarium prima pars ex conclusione / si enim cognoscunt
dampnati gloriam beatorum inter quos et eos est magnum chaos / multo plus
cognoscunt penas eorum cum quibus puniuntur / Et patet tertium specialiter per dictum
Gregorii iiii moralium ubi loquens de igne infernali dicit / ignis dampnatos
ad consolationem non lucebit tamen ut magis torqueat ad aliquid lucet / Ita sequaces
suos // secum reprobi de mundo traxerunt flamma illustrante visuri sunt. Sed pro
secunda parte primi tertii Non enim dampnati cognoscunt que hic aguntur / loquendo de
modo cognoscendi per se secundum pe de t quo cognoscunt presentia et multa clare et
evidenter dicit enim b. Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda ubi sunt mortuorum
anime ubi ea que hic aguntur scire non possunt / patet etiam per illud dictum beati Gregorii
tractantis id Job xiiii sive nobiles fuerint filii eius etc. dicit sicut hii qui
adhuc vivi sunt ignorant quo loco habentur anime mortuorum / ita mortui qui carnaliter
vixerunt vitam in carne postremum qualiter post eos disponatur ignorant / licet possit
cognosci per coniecturam / qualiter cognoscunt absentia certa / qualiter potest inferri
id Luce xvi de divite dicente se habere quinque fratres / quos novit notitia coniecture
Sic etiam loquendo de modo cognoscendi per alterum ut puta per infusionem specierum a superiori
dispositione intrinseca vel per revelationem demonum aut animarum illuc venientium
dampnati possunt cognoscere ea que apud nos aguntur sed de hac notitia non loquitur ut dicit
secunda pars corollarii sed prima / igitur tertium verum

Tertium secundum Conclusio secunda articuli primi iudicio mei non videtur bene posita scilicet illa
reprobi et dampnati non cognoscunt gloriosa gaudia beatorum patet quia directe oppo
sita conclusioni nec per auctores sanctorum probatur / nec relevat eum quod restringere videtur
probationem falsam / licet enim sit quicunque cognoscit visione gloriosa gaudia beatorum ille necessario
etiam videt divinam essentiam / sed nullus dampnatorum videt divinam essentiam / igitur nullus
dampnatorum cognoscit gloriosa gaudia beatorum antecedens enim manifestum / licet enim verum
sit quod videntes gloriam beatorum vident essentiam divinam / tamen ista non utroque convertuntur
quo ad modum cognitionis scilicet videre gloriam beatorum et videre essentiam divinam et ita
unum non sequitur ex alio / nec propter hoc videtur essentia divina quia videntur
gaudia beatorum / unde commissa per intentionem lucis glorie quo videtur divina essentia ab omnibus beatis
staret quod anima separata in patria cognosceret gaudium alicuius anime beate et non videret
divinam essentiam cum modus cognoscendi sit diversus et non [illegible] idem / Anima quippe
separata in lumine existens alia cognoscit alia anima beata et eius gaudium / et aliter
divinam essentiam / primum enim cognoscit intuendo substantiam suam / secundum influentiam
receptam a superiori intrinseca / Sed essentiam divinam non cognoscit isto modo cum per nullam speciem
creatam videri possit secundum b. Tho. in prima parte q. xii articulo ii° cuius secundum
eum / essentia divina est aliquid incircumscriptum / continens in se supereminenter
quicquid potest significari vel intelligi ab intellectu creato / et hoc nullo modo per aliquam speciem
creatam representari potest / quia omnis creata forma est determinata secundum aliquam
rationem vel virtutis vel sapientie vel potentie esse vel alicuius huiusmodi / Et igitur
ad videndum divinam essentiam requiritur aliqua similitudo visive potentie scilicet lumen

(margin, left:) nota
(margin, right:) scilicet illo vero semper / in errore [illegible]
(margin, left:) ad quantum [illegible]

glorie consortans intuitu ad videndum deum de quo dicitur in psalmo in lumine tuo videbimus lumen, non autem per aliquam similitudinem creatam, dei essentiam videre possunt sicut vident gaudia beatorum, et ideo non sequitur. Notitia ad visionem gaudii beatorum visio divine essentie et per consequens probatio non sunt [?] et per consequens [?] sicut sua [?] igitur textum verum

Textum tercium licet dampnati videant gloriam beatorum non tamen congratulantur aut collectantur eis, patet prima pars textus ex probatione quarti. Secunda pars patet quia secundum Richardum pena gehenne non compatitur secum gaudium aliquod in dampnatis, cum sit ibi precipua invidia. In hiis namque licet remittantur affectiones libidinose que sunt annexa delectacionem propter penarum magnitudinem, alie tamen affectiones in quibus est penalitas vigorantur. Unde etsi cesset actualis atque luxurianda et comandi [?], tamen intenditur affectus sive furor iracundie et livor invidie. Unde tunc dentibus suis frement et tabescent. Super illud psalmi peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet. Et quia vigebit in eis odium et invidia, et vehementer tristabuntur et tabescent de gloria electorum, et ita non collectabuntur nec collectantur eis, vellent enim omnes esse dampnatos et miseros quia solacium est malorum multos habere socios penarum, ut dicit glossa super illo psalmi xxiiii [?] de salvis suis. Et si dicitur tamen dives Luce xvi de divite quod rogabat pro fratribus suis ne venirent in locum tormentorum, dicit beatus Thomas quod dampnati minus invident propinquis suis quam aliis, et maior esset eorum pena si omnes propinqui eorum dampnarentur et alii salvarentur quam si aliqui de suis propinquis salvarentur. Et ideo dives petiit fratres suos ~~non alios dampnari propter odium~~ a dampnatione eripi quia sciebat aliquos eripi, sed tamen maluisset fratres suos cum aliis dampnari propter odium quod in dampnatis est, nec enim contra beatos in patria, sed eciam contra deum ipsos punientem. Super illud psalmi superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Non igitur aliqua congratulatio aut letitia in dampnatis, igitur textum verum

Textum quartum tanta est pena dampnatorum ut potius vellent non esse quam esse, patet textum, quia in penis inferni ubi sunt dampnati appetibilius est non esse quam esse. Nam hoc est de mente salvatoris Mathei xxvi qui dixit de Iuda: bonum illi erat si natus non fuisset homo ille. Super quo dicit beatus Gregorius melius est non esse quam ad tormenta esse. Idem super illud Ieremie xx maledicta dies in qua natus sum, dicit glossa Ieronimi melius est non esse quam male esse. Et probatur ratione: dampnatorum miseria omnem huius mundi miseriam excedit, sed aliqui magis appetunt mori quam esse in miseria huius mundi, igitur dampnati potius volunt non esse quam esse. Antecedens notum. Maior patet per illud Ecclesiastici xli, ubi dicitur: o mors bonum est iudicium tuum homini indigenti et qui minoratur viribus et defecto etate et cui de omnibus cura est et incredibili qui perdidit sapientiam. Igitur textum verum

Textum quintum. Conclusio secunda articuli xiii magistri mei presertim quo ad secundam sui partem non videtur bene posita. Dicit enim sic in secunda parte conclusionis quod dampnati secundum dictamen recte rationis magis deberent velle esse penaliter quam non esse, patet textum, quia hoc repugnat textui precedenti auctoribus scripture probato. Et patet sic, quod non esse prout est exclusivum vel ablativum mali, voluntate deliberativa non absoluta sed conditionali, magis eligibile est quam male esse aut esse penaliter. Patet sic, quia non esse sic captum dicit carentiam mali, sed carentia mali est delectabilis ut dicitur 2o rethoricorum. Omne autem delectabile est appetibile, igitur non esse est appetibile. Secundo quia mori est desiderabile, sed illud est non esse vel tendens ad non esse, igitur non esse est appetibile. Antecedens patet per illud Apocalypsis ix: quererent homines mortem et non invenient eam, desiderabunt mori et fugiet mors ab eis. Etiam quia

appetibilior est absentia omnis mali quam presentia eius / sed non essendo homo nullum
malum habet / et essendo homo dampnatus habet malum igitur non esse est
appetibilius et per consequens dampnati magis debent velle non esse quam esse penaliter
Sed quod dicit Augustinus in libro de libero arbitrio considera quantum bonum est esse quod et beati
et miseri volunt / dico quod loquitur de voluntate naturali secundum quam quodlibet ens
appetit se conservare in esse / quia non esse ex toto / per se non est appetibile / sed volun-
tate deliberativa / prout ad non esse sequitur carentia pene / qua voluntate per se appetit
dampnati potius vellent non esse / vel intelligitur dictum Augustini ut dicit beatus Thomas quod non
esse / per se non est eligibile sed per accidens inquantum scilicet est miserie terminativum per
quem enim dicitur quod esse et vivere ab omnibus appetitur naturaliter / non oportet hoc attri-
buere quantum ad malam vitam et corruptam / et eam que est in tristitiis / ut dicit philosophus
9 ethicorum

Conclusio secunda licet beati habeant cognitionem de penis dampnatorum / non tamen
compatiuntur eis / patet conclusio pro prima parte per illud Ysaie ultimo Egredientur
et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me ubi glossa Jeronimi dicit Electi
egredientur intelligentia vel visione manifesta ad videndum penas dampnatorum
ut ad laudem dei magis attendantur / Et patet ratione / quia valde est ut beati cogno-
scant illa propter quorum cognitionem beatitudo eis magis placet et ipsi ampliores gratias
deo reddunt / sed pene dampnatorum sunt huiusmodi / igitur beati eas cognoscunt / Ad nota-
bilem patet / quia pena dampnatorum graviatur beatis in tantum malum bono sed est
cognitio utriusque / bonum magis placet / et magis inducit ad regratiandum deo / sequitur
prima pars conclusionis vera Sed pro secunda parte patet conclusio / beati non habent compassionem
erga penas dampnatorum / neque secundum passionem neque secundum electionem ergo non compatiuntur
probatur antecedens pro prima parte quia non secundum passionem / ipsi enim vere beati sunt / beatitudo
autem omnem passionem saltem nocivam excludit / non etiam secundum electionem quia nollent
malum a dampnatis repelli / eo quod hoc esset contra voluntatem dei / cui se omnino
conformant / igitur non compatiuntur eis secundum electionem / tertia ex 4o nihil in presenti articuli
huius posito igitur conclusio vera

Correlarium primum ad hanc conclusionem Beati videntes parentes suos in penis eternis
volunt penas eorum / patet correlarium ex conclusione et patet quia beati se voluntati
divine adiuncti sunt / ut nolint nisi quod deus vult eos velle / sic quod voluntatem suam
divine voluntati conformant / ut non velint nisi quod deus vult / sed deus vult ipsorum
parentes dampnatos pati penam eternam / igitur et ipsi id ipsum volunt / alias non
perfecte conformarent suam voluntatem eius voluntati in quo non arguitur in beatis aliqua
crudelitas nec caritatis deformitas / sed vera et excellens perfectio / quia contrarium
huius faciendo dei iustitie repugnare viderentur / igitur correlarium verum

Correlarium secundum Beati ~~dampnantur~~ letantur de penis dampnatorum patet correlarium primum per illud
psalmi Letabitur iustus cum viderit vindictam / patet etiam per illud Ysaie ultimo ubi
dicitur de dampnatis erunt usque ad satietatem id est delectationem visionis omni carni id est
electis / ut exponit magister in libro Item ibi dicit quod electi videntes impiorum
cruciatus non dolore afficientur / sed letitia satiabuntur / agentes gratias de sua libe-
ratione visa impiorum ineffabili calamitate / Et patet ratione pena dampnatorum
considerata absolute / prout est ~~et~~ iustitie ~~[illegible]~~ executio / causat in eis
indignam complacentiam / et ~~eo~~ quod a tali pena sunt preservati / sed illa complacentia
non erit sine letitia igitur correlarium verum

Correlarium tertium de sanctis videntur leta et tristia / patet correlarium ex dictis
Correlarium quartum non omnia turbulia perturbant quoslibet a quibus videntur / patet
correlarium ex dictis
Correlarium quintum / non semper gaudere de malo alterius est peccatum Et hoc de secundo articulo

Artic 39

Q uartum ad tertium articulum an videlicet dampnati peniteant de peccatis Noto
quantum ad propositum sufficit quod dupliciter aliquis dicitur penitere de peccato / uno modo per se
scilicet propter peccatum eiusque maliciam detestatur Alio modo per accidens scilicet propter penam annexam
quam detestatur
Hec notabili stante / ponitur hec conclusio prima / Dampnati non penitent de peccatis
per se id est propter peccata patet conclusio velle se non peccasse est bona voluntas
sed dampnati non habebunt bonam voluntatem ergo dampnati numquam volent se
non peccasse ac per hoc non / hec est beati Augustini in libro de fide ad Petrum sed quia
quia penitere de peccato propter peccatum hoc solum convenit homini bone voluntatis / que
non est in dampnatis / Et pro dicit Damascenus / hoc est hominibus mors quod
est angelis casus / sed angeli voluntas / est post casum inflexibilis hoc modo / ut non
possit recedere ab electione qua prius peccavit / igitur et dampnati non possunt
recedere a peccatis / Et confirmatur sic / quia si dampnatos vere penitere esset possibile
sequitur quod possibile esset dampnatum salvari cuius oppositum dicit salvator Mathei xxv
et est error Origenis / sed quia secunda quia si dampnati peniterent de peccatis propter peccata
possibile esset alias circumstantias penitentie observari a dampnatis / et per consequens ipsos
vere penitere quod nullus dicit / igitur conclusio vera
Verum primum Dampnati non detestantur peccata propter eorum maliciam absolute patet
tertium ex conclusione
Corollarium secundum Etiam sic dampnati non absolventur a peccatis ita nec a penis eternis
patet corollarium quia ex quo penitere non possunt non possunt solvi a peccatis cum sint extra
statum merendi / et per consequens semper manebunt in penis / iuxta illud discedite a me
maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius
Corollarium tertium / licet dampnatus posset salvari tamen impossibile est dampnatum
finaliter salvari / patet corollarium quia prima est de sensu diviso vera / secunda de sensu
composito falsa / quare veritas et falsitas est manifesta ex communi modo loquendi
iuxta sensum compositum et divisum /
Conclusio secunda Dampnati penitent de peccatis per accidens / patet conclusio dampnati
penitent de peccatis / et non per se / ergo penitent per accidens antecedens patet per illud Sapientie
v° ubi dicitur quod dampnati intra se penitentiam agentes ~~pre angustia spiritus gement~~
~~gementes~~ hec patet ex conclusione priori / Et confirmatur penitentiam replentur
penitudine / sed hoc contingit propter penam pro peccatis / igitur dampnati penitent
de peccatis per accidens ~~hec~~ antecedens est philosophi ix° ethicorum sed hec probatur / quia repletio pe
nitudinis non fit propter peccatum secundum se sed propter penam annexam nam si peccatum
careret pena / penitentiam continue vellent peccare igitur conclusio vera
Corollarium primum Nullus dampnatus habet voluntatem moraliter bonam patet
corollarium ex dictis et per illud quod dicit beatus Bernhardus super cantica dampnatus
vult semper iniquitatem quam sitit / Et patet ratione Sicut gratia inclinat sanctos
ad bonum / sic malicia inclinat malos ad malum / sed sancti per gratiam inclinantur
quod semper volunt se fecisse bonum quod fecerunt / ergo mali inclinantur / quod semper volunt
se fecisse malum quod fecerunt / Etiam quia maior est perversitas dampnatorum ~~que~~
~~que est ab auctore~~ in inferno quam peccatorum in hoc mundo / sed aliquis in hoc mundo
non penitet de peccatis commissis ut patet de illis qui letantur cum male fecerunt
et exultant in rebus pessimis proverbiorum 2° igitur corollarium verum
Corollarium secundum Nullus dampnatus agit penitentiam fructuosam seu meritoriam /
patet ex probatione conclusionis
Corollarium tertium Nullus dampnatus habet voluntatem non peccandi simpliciter
patet corollarium quia in dampnatis est perfecta aversio a summo bono et hec aversio
est in voluntate igitur voluntas talis totaliter est aversa et per consequens male loquendo

2. col. 9 cap.

Dicitur penitentia ... dicit ... ... habemus ...

peiori

de voluntate deliberativa quia voluntas naturalis est que a auctore nature non est corrupta / que ut sic est bona / de qua dicit Dyo 4 c. 110 de di. no. quod demones bonum et optimum concupiscunt esse vivere et intelligere / voluntas autem deliberativa semper est mala et perversa in dampnatis / igitur dampnati non habent voluntatem non peccandi simpliciter loquendo tanquam conclusio

Et sic in ultimum questio quo ad quesitum est falsa quo ad suppositum veruntamen est vera ad sensum conclusionum

Ad rationes ante oppositum dico ad primam in qua allegatur dictum apostoli scientia destruetur dico quod scientia destruetur quo ad actum qui est variationis et talis destruetur quantum ad actum eius / qui est tanquam parvula / Ad auctoritatem philosophi que dicit / quod intellectus corrumpitur quodam interius corrupto / dicit secundum beatum Thomam quod philosophus loquitur de actu intellectus quo nunc in via intelligimus abstrahendo a fantasmatibus / sicut enim actus esse desinet / fantasmatibus destructis / in separatione anime a corpore

Ad aliud cum arguitur quod dampnati in inferno nichil vident cum sint in tenebris dicit beatus Thomas quod sic in inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem et tenebras / ut ibi nichil videatur perspicue / sed solum sub quadam umbrositate videntur ibi illa que afflictionem cordi ingerere possunt / unde simpliciter loquendo locus est tenebrosus / sed tamen ex divina dispositione / est ibi aliquid luminis quantum sufficit ad videndum illa que animam torquere possunt Et ad hoc satis facit natura situs loci quia in terre medio / ubi infernus ponitur non potest esse ignis nisi fecularis et turbidus et quasi fumosus Ratio autem que innititur probare penitent de peccatis per actum negativum affligentur penis quas pro peccatis commissis patientur sed non detestabuntur peccata commissa cum in eis semper voluntas malitie peccati remanebit / sicut in beatis remanebit semper bona voluntas qua volent semper se bene egisse / et bona opera fecisse per que meruerunt gloriam immutabilem eterne beatitudinis / et divine essentie aptam et iocundissimam visionem / quam ut et nos cum talibus et in eternum in iocunditate / facie ad faciem videre possimus / det nobis ipse deus omnipotens et eternus qui de nichilo creavit omnia / pater filius et spiritus sanctus unus deus in essentia trinus in personis unus / Trinitas qui est benedictus et gloriosus in secula seculorum Amen

Tunc ultimo restat michi referre gratiarum actiones pro omnibus actibus ipsis factis pro me in principio primo cuius sit in deo qui fecit / et pro omnibus aliis beneficiis a summo datore michi concessis donatis capta occasione ex verbo legislatoris eius qui dixit ad Moysen inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est / Exodi 25o In monte quippe superne civitatis per beatos spiritus agitur deo in trono regni eterni gratiarum actio sicut fuit Apocalipsis 4o gaudium et letitia invenietur in ea et gratiarum actio et vox laudis / Ad quod exemplar superius spiritum aspicientes / necesse arbitror pro me debere exhibere gratias deo pro gratia data / qua hoc dedit actibus ad meritum / ascendit per illos semper primo semper quia gratias ago deo conferenti omnia bona ab eo data esse et pro laudanda eo / corde ore et opere / gratias quippe agere debemus deo ut dignum est 2o ad Thessalonicenses primo sicut cum nec solvere possumus ut dignum est

ut dicitur 2 d con... secto gloria 3a ad ... 

ut dicit glossa ... Pro quibus igitur gratiis [illegible] dignum esse/ sed cuius gratias
ex viribus meis ago ut mihi possibile est/ Superiori primo et ante omnia deo
omni humilitate et devocione quibus valeo ago et refero ipsi deo patri omnipotenti/
filio eius unigenito coeterno ac consubstancialiter/ et spiritui sancto ab utroque procedenti uni
deo in essencia trino in personis omnipotenti et eterno qui ex nichilo creavit omnia qui me
fecit esse vivere intelligere et vivere/ qui me usque in hoc tempus [illegible] pre-
servavit [illegible] mihi quod ut hunc librum difficultatibus plenum [illegible] legendo
complerem [illegible] et perficerem prout eo donante complevi/ vires et intellectum tribuit
administravit per gratiam suam [illegible] cognoscere veritatem. Illuminando/ [illegible]
[illegible] et memoriam [illegible]/ et confortando in singulis [illegible] huius libri/ cum
[illegible] ipse in me indigno et inutili servo hoc efficit ad laudem et gloriam
nominis sui cui sit laus honor benedictio et gratiarum actio in secula/ Deinde
gratias ago quas possum intemerate et beatissime virgini marie genitrici dei
regine celi dignissime eiusque precibus mihi [illegible] presidium in hoc labore/ sed et
in omnibus negociis [illegible] qui omni [illegible] ad laudem eius/ que [illegible]
ab omnibus [illegible] liberaliter/ cui honor laudibus
[illegible] gloriose et super omnes [illegible]/ Deinde [illegible]
triumphanti et militanti presertim [illegible] Adalberto Stanislao Wenceslao et
Floriano patronis regni huius/ [illegible] quos specialiter [illegible]
quorum meritis et precibus [illegible] et presertim in hoc labore [illegible] habeo
specialiter pro adiutorio [illegible] et [illegible]
magistris sacre theologie qui me ad legendum sententias admiserunt et [illegible]
vocaverunt// Deinde [illegible] magistris meis viris optimis [illegible] theologie
qui pro [illegible] dignati sunt mihi in meis [illegible] et in fine huius libri [illegible]
[illegible] magistro meo [illegible] qui [illegible] et
[illegible] et [illegible] laboris [illegible] fortificat
et roborat [illegible] veritatis ostendens
[illegible] et [illegible] gratias
omnibus auditoribus meis qui dignati sunt me audire humiliter et diligenter
per totum processum libri/ impedimenta [illegible]
[illegible] paciencia ferendo. [illegible] quod [illegible] quod non sit
[illegible] solida [illegible] falsitatem/ [illegible] et
[illegible] assercione et [illegible]
[illegible] aliquid [illegible] quod [illegible] indigent/ [illegible]
[illegible] benivolenciam [illegible]
[illegible] libri [illegible] et in [illegible]
[illegible] librorum [illegible] quia [illegible] volo [illegible]
[illegible] deo [illegible] assistente nil falsi [illegible] veritati [illegible] libri
[illegible] veritas [illegible]
[illegible] nomine sit benedictum in secula seculorum Amen// · Thomas de Strzampino 1442 ·
· 13 · Septembris ·/

· Deo gratias

535

III

bo

bonus est

Domino

